reat ⁊ laudetur ab hominibus non est dei gloriam sed ꝓprias querere. Et cum glia ipa ꝓpria sit ipsius dei sponsa quã nulli cõmunicat ego dñs inquit per Isa. gliam meam alteri non dabo. Hoc agere ē deum tentare ⁊ contra se dei iracundiam ꝓuocare qđ fiendum nō est. Nō igitur timuit a sagitta volante in die suggestioni repugnans serpentis. Demũ tertiũ aggressus est prelium cum in montez excelsum ducens: Ostēdit oīa regna mundi ⁊ gliam eorũ ⁊ dixit: Hec oĩa tibi dabo si cadēs in terram adoraueris me. Reminiscens hostis ille antiquus ꝙ ꝑmos parentes fortissimos spiritu deiecerat nō soluz gula dicens: In quacunqȝ die comederitis: ⁊ elatiōe subdēs: eritis sicut dij: sed etiã auaritia concludens: scientes bonum ⁊ malum: ex quo superatꝰ fuerat in ꝑmo ⁊ scđo cōgressus audaciter aliud inchoauit certamē auaricie ⁊ ambitiōis. Promittit ei dignitates dare ꝑsidentias ⁊ regimina: si tñ adorauerit largientem adulationibꝰ plurimis: si ei seruierit in muneribus ⁊ obsequijs ĩmuneris qđ fieri non valet nisi cadendo: et quidem hoc nisi negociũ ambulans in tenebris ⁊ ita densis ꝙ a paucis aspicitur dum sub specie boni vt valeat prodesse querat ⁊ cupiat preesse: sed veritatis diuine scuto protectus non timuit christus a negocio isto sȝ resilijt dicens: Dñm deũ tuum adorabis: non hominez ⁊ illi soli seruies. Promittit cupidis serpens ille qui comedit terram gliaȝ regnoꝝ: diuitias videlicet si tñ nũmum colat vt deum innumeris curis: ⁊ illi soli seruiat sollicitudinibꝰ nimijs ⁊ laboribus exquisitis: vt saltez per diuitias honores sibi ⁊ dignitates valeant vendicare: ex quo peccunie obediunt omnia nisi virtutes ⁊ gratia. Istđ aũt est ruina ⁊ demoniũ meridianum. Notum est enim omnibus auaricie vitium: ⁊ sic a maiori vsqȝ ad minorem: a sacerdote vsqȝ ad leuitam oēs auaricie studeant ſm Jere. que cũ aliquē arripuerit mox in oīuz prosternit ima vitioꝝ dirutis virtutibus. Non timuit pauꝑ christꝰ a ruina ⁊ demonio meridiano: sed repulit dicēs: Dñz deum tuum adorabis: non auꝝ vel argentum ⁊ illi soli seruies. Et tũc diabolus discessit ab eo vsqȝ ad tempus .s. passiōis. Nā tunc iteꝝ venit princeps mũdi huius loquens per ꝑncipes sacerdotum ⁊ turbas dicens: Si

christus rex israel est descēdat nunc de cruce ꝛ credimus ei. Alios saluos fecit seipm nō potest saluum facere. Sperauit in dño liberet eū. Qđ ꝛ ps tetigit dicēs: locuti sunt labijs ꝛ mouerūt caput supple dicētes. Sperauit in dño eripiat eum: saluū faciat eum qm vult eum. Sed in eo non inuenit quicq̄ꝫ quo caperet eum. Fixus est mansit in cruce postponens illoꝝ cōuersionē etiam si secuta fuisset: vt obedientiam patris impleret. Hec omnia operatur deus tribus vicibus per singulos inqt Job de tētato homine loquēs ꝛ per victoriam cōsolato. Prima qdem vice de vitijs carnalibus pulsans gule et accidie in primordio cōuersionis. Scđa vice in profectu cōuersationis de spiritalib9 stimulās inanis glie ꝛ proprie reputatiōis. Tertia in prouectu status ꝑfectionis multa suggerēs sub specie deuotionis ꝛ dei honoris. In cauda nā serpentis vt dicit precipue latet venenū. In fine vite omnibus molitur fraudib9 animas expugnare: cum aliud non remaneat preliū. Sed nō deserit christus milites suos ꝑ eis dimicans victoriam obtinens ꝛ coronans. Cum enī beatus sit qui suffert tentationem qm probatus accipit coronam vite. Oportuit christum pati tentatiōes ꝛ tentari per omia absq̄ꝫ peccato: vt inde exēplo eius roborari qui sapientia pugnauit que vincit maliciam ꝛ merito victorie confortati: qa hosteꝫ prostrauit antiquum et ex ipo cauti facti ne homines quātūcūq̄ꝫ perfecti securos se putent sic intremus in gloriaꝫ suam.

Cleophas.

Verba psalmiste inducta o magister emanuel de iusto viro videnẗ dicta nō de messia quē asseruisti nō esse hominē purum: vnde non apta videtur iterpretatio tua.

Peregrinus.

Cum christus vt caput: ꝛ viri iusti vt membra sint vnius mystici corporis qđ eccłia dicitur: sicut q̄ propria dicuntur de xp̄o nō incongrue extendūtur ad membra: sic ꝛ multa de membris ꝓprie dicta in scripturis extenduntur ad caput: vt illđ ps. Lōge a salute mea. s. corporali verba dilectoꝝ meoꝝ. s. faciunt eē. Ubi dicta sua appellat q̄ membrorum suoꝝ. i electoꝝ suorum erant. Unde etiam ꝛ si proprie

de viro iusto ps loquatur pro eo quod subditur: Angelis suis deus mandauit de te vt custodiant te &c. cum christus vt dictum est nō egeat custodia: tū alia de eo in psalmo ꝯtenta nil obstat itelligi: ꝛ precipue quod subditur: Super aspidem ꝛ basiliscum ambulabis ꝛ conculcabis leonē ꝛ draconē: que ad easdem tentatōes supradictas pertinere videntur: quod hostis versutus reticuit ne seipsū suo iaculo vulneraret.

Amaon.

Ex interpretatione tua o emanuel cōtradictionem quandam sentio i mente mea exortam dū scilicet dixisti Sathanā messie ignorasse diuinitatē: cum enim ipse magister noster quā messiam esse asseris i domo simonis petri demonia ab obsessis corporibus effugaret: clamabant illa per eos tu es fili9 dei. Quomodo igitur ignorabat quod tam aperte fatebantur?

Peregrinus.

Iesum christum dei filiū esse principum inferorū nullus agnouit certitudine ꝛ si cōiecturis aliquādo moueretur. Nam si cognouissent nunq̄ dominum glorie crucifixissent instigando. Sed in passione positum cum agnoscere i cipet resilire voluit ab inceptis suggestionibus quibus instigauerat corda iudeorum ad crucifigendum ꝛ non valuit: sed preualuit christus morte sua cum rapiens: quod insinuauit ps dicens: Insidiatur scilicet malignus vt rapiat pauperū xp̄m: pauperem spiritu pauperes rebus. Rapere pauperē dum atrahit eum: idest dum attrahit rapere eum pauperem: querēdo ꝛ procurando eius mortem vt attrahat eum in infernum vt ceteros p̄res. In laqueo suo scilicet crucis quē parauit inimicus ille: humiliabit eū paup expoliando ꝛ auferendo paupe res homines quibus dominabitur de manib9 eius: vnde ꝛ cadet a principatu suo tyrannico. Magnam disputationē diu i mente sua gerebat ille callidus serpens circa istam materiam aliquando ad partem affirmatiuam aliquādo ad negatiuam suspicādo declinās: semper tamen dubius remanens. Cum enim sciret ex prophetarū oraculis dei filium aliquando ad humani generis redēptionem venturum tempus ignorabat aduentus precisum. Insi

diabatur ergo vt leo in spelun ca malicie sue attendens cū ve niret vt ipediret. Uidēs itaq̄ in natiuitate christi iesu: celos nouo sydere exultantes: ange/los gloriam deo in excelsis cō cinnentes reges sapiētissimos adorantes sibiipsi dicebat: Iste erit ille dei filius in mundum venturus cui sydera obsecūdāt angeli exultant. Sed sibi respō dēs ad hoc vt superbus aiebat Quomodo potest dei filius me stis concrepare vagitibus: fe/mineo lacte nutriri stabulo sor didiori iacere: pannis inuolui cū feno? Ridiculum est ista de deo sentire. Adest mat̄ sī sanctissima tamen sponsum habēs. Et q̄uis vetulum senem tamē ex iuuencula generare innatu rale non est. Sanct⁹ igitur iste puer erit ꝛ magnus ex sanctissi mis ortus parentibus: sed non deus. Ad baptismum iesu accedente vidēs insidiator ille ma lignus columbam super eū de scendere vocem audiens de ce lo intonare: tu es filius me⁹ di lectus: iste debet vtiq̄ dei fili⁹ esse sibi dicebat. Testimonium enim huius rei euidens est: sed repugnat nimis sententie huic qꝛ cum peccatorib⁹ ꝛ inter pec catores accedit ad ioannem vt baptismum recipiat remediuz peccatorum. Ergo in aliquo pec cator est. Sed mundatum dei filium esse protestatus est deus non vnigenitum eius sed ꝑ spi ritualem adoptionem ꝛ sancti tatez eximiam. Ingredit̄ iesus desertum ꝛ cum ieiunaret sine cibo ꝛ potu: supra hominē istō esse dicebat ille malignus. Re colo tn̄ quia moyses et helyas sine cibo ꝛ potu transigerūt to tidem dies qui puri homines fuerunt. Si plus fecerit iste su pra illos plus q̄ homo est. Si non amplius vt ceteri: ipe pec cator est: ieiunio indigens ad carnem edomādam. Cū ergo ieiunasset quadraginta diebus ꝛ quadraginta noctib⁹ ꝛ postea esuriret: ecce ait sathanas i cor de suo: quia vere homo est: de⁹ enī minime esurit sanctissim⁹ tamen. Uidebo si aliquid lucrari cum eo valebo: vel saltim cer tius eum agnoscere. Sed sapi/entia vincit maliciam: ita cer/tamen exercens vt neq̄ in ali/quo diabolus superaret nec ipm agnoscēt. Procedit exinde ad publicū iesus. Manifestat seip sum mūdo innumeris pdigijs ꝛ inauditi doctrinis. Uidētes h̄ demoēs ꝛ se expelli q̄dā iusita ta potētia clamabāt exq̄dā pie ctura coacti Tu es fili⁹ dei sz re/spiciētes ip̄z ex itinē fatigati do

lere turbari ad ficum esuriens accidere: potum sitiens petere persequẽtes fugere homo hic est non impassibilis deus con/ cludebat. Sed qꝛ sanctus est et nostris vijs nimis contrarius laqueum sibi crucis paremus: vt eũ ad inferos cũ alijs attra/ hamus. Perfecerunt qđ cõce/ perũt. Immisit enĩ in cor inde scharioth sathanas vt traderet eum ꝛ iudeis vt ad mortem ca perent. Qđ cum factum esset ꝛ iam illi patres in lacu detenti virtutem passionis sentirent: ꝑ pendens princeps tenebrarũ in laqueum se incidere quẽ fe/ cerat: qꝛ redemptor hic erat q venerat captos eripere: nõ cũ captiuis manere: doluit nimis ꝛ laqueũ destruere voluit: imit tens in fantasiam ꝓcule vroris pilati dormientis terribiles vi siones: vt nuncium ad virum mitteret qui diceret: Nihil ti/ bi ꝛ iusto illi. Multa enĩ passa sum ista nocte in visu ꝓpter eũ scꝫ mala que ventura sunt tibi ex hoc ostensa. Et ideo nõ des sententiam cõtra eũ. Sed im/ pediri nõ potuit. Et cũ iaꝫ esset in cruce leuatus ipe iesus: loq̃/ bantur per quosdam ipi mini/ stri sathane. Descendat nũc de cruce ꝛ credimus ei. Sed non est potentia non est consilium contra deum. Nam postq̃ i la queo suo crucis humiliauit euꝫ inclinauit se cõfusus in astucia sua: ꝛ cecidit a dñio generis hu mani. Et hãc vtilem simulatio nem ꝛ in tempore assũmendã prefigurauit ipse dauid: qñ cuꝫ nũciatũ fuisset achis regi geth de fortitudine eius et ꝓbitate finxit se insanum ꝛ debileꝫ: ꝛ sic euasit ne caperetur. Oportuit ergo christum pati ista humi/ lia nostra: vt diabolo celaretur ne impediret nostre glorie in/ gressum.

Cleophas.

Ita particularia narras de magistro nostro iesu ꝙ semper ei astasse vide ris ꝛ nunq̃ recessisse ab eo: cuꝫ tñ nunq̃ viderimus te cum eo Sꝫ ꝛ verba psalmiste obscura ita interpretaris perlucide ꝙ ex dei reuelatione ista habere nõ possumus dnegare. Vñ ꝛ de doctrina eius ad quã mirabilr̃ afficiebamur aliquid etiã pla/ ceat enarrare.

Peregrinus.

Ex secreto iesus iste pro cedens ad publicum vt in hoc etiam instrueret/ tur genus humanum prius in occulto per exercitiũ penitẽtie

& lectionis hauriendas ꝙ ppſo doctrinam effundendam cepit turbas docere. Qd̄ propheta ꝑ cognoſcēs deſcribit in pſalmo in eius perſona ſic loquēs: Ego cōſtitutus ſum rex ab eo ſuper ſyon montem ſanctum eius ꝑdicans preceptū eius. Ubi eiꝰ conuerſatiōnis ſanctitatem ponit in eo ꝙ conſtitutꝰ rex a deo ſuper ſyon montez ſanctum dicitur: & actionis nobilitatez qa predicans & inſtructionis ſublimitatem: quia preceptum eius Conſtitutus a deo nō ab hominibus fuit: qui errare poſſunt: nec ſeipſe ingeſſit: ſed a deo poſitus ſuper montem ſcz ex iſtes eminentis pfectionis ſcm̄ continue firmitatis & pſeueratōis ſyon que interpretatur ſpeculatio contemplatiōis & ſcripturarum ruminationis. Conſtitutꝰ rex ad preſidendū: ſed propter veritatem manſuetudinem et iuſticiā regnauit idem ꝓs. Actus vtiqꝫ nobiliſſimus eſt predicare quem chriſtus precipue exercuit: & ſolus ſiū defectu. Un̄ predicans inquit. Si enim debite exercetur actinā & contemplatiuam vitam ſimul cōplecti tur: iuxta illud pſalmi. Memoriam abūdantie ſuauitatis tue eructabūt predicatores ſcilicet ſuauitatem diuinoꝝ: quoꝝ contemplatione debriantur predicatione nunciabunt. Js cuius figuram et ipſe dauid prius in heremo ſtetit: poſtea bellum exercuit: & in regno ſuo & iudicia exercebat: quod pertinet ad actinam: & pſalmos cōponebat & pſallebat & hoc ad contēplatiuam. Et ipſe ieſus in mōte ſolus orabat: & frequenter deſerta penetrabat: & ſepe in templo docebat: infirmos viſitabat. Sublimitas inſtructiōis ibi notatur dum dicitur: preceptum eius ꝑceptum dn̄i lucidū. Quid niſi charitas eſt. Omnem longitudinem & latitudinem diuinoꝝ eloquioꝝ que lucida ſūt poſſidet charitas: Quod idem ꝓs expreſſe dicens: Omnis conſumatiōis: idest impletōis legis vidi finem. Latum mandatum tuum nimis. Jta enim latū eſt ꝙ omnia amplectit̄ creaturas cum creatore: omnia diligens propter eum. Unde & interrogatus idem ieſus qd̄ eſſet magnum mandatū in lege: reſpondit. Diliges dn̄m deum tuū ex toto corde tuo &c̄. Ad hoc tāꝗ̄ ad ſummā ſue doctrine in vltimo ſermone inducens: hoc is quit eſt ꝑceptum meum vt diligatis inuicem ſicut dilexi vos. Cum enim regula ſcōa ſit propter qd̄ vnūquodqꝫ & illō ma-

gis qui vere diligit proximum
qui propter deum diligendus
est:⁊ vtiqȝ magis diliget deuȝ
Sed notate carissimi. Nō hoc
fuit primū verbum eius in pre
dicatione:sed quid magis erat
necessarium. Nam quia chari/
tas per peccatum amittit:⁊ cui
liber actui peccatuȝ mortale cō
trariatur:nec nisi per peniten/
tiam valet reparari: ideo cum
populos sciret vitijs infectos:
vnde ⁊ charitate vacuos: a pe/
nitentia inchoauit dicēs: Pe/
nitentiam agite appropinqua
bit enim regnum celoruȝ. Hūc
etiam penitentie fructum p̄s in
telligens ait: Qui seminat i la/
chrymis in exultatione metet
scȝ regnum celorum. Et istud ē
preceptum p̄dicatum dn̄i adeo
necessarium ꝙ nisi cōuersi fue
ritis inquit p̄s.s.ad penitentiaȝ
gaudium suum vibrauit cōmi/
nationis gehēne: arcum suum
tetendit sue longanimitatis et
patientie. In arcu enim ligնuȝ
durum trahitur a molli corda
⁊ quāto magis trahitur tanto
sagitta emissa fortius vulnerat
Sic in ista expectatione hoīuȝ
ad penitentiam corda minime
trahit lignum durum seuere iu
sticie. Sed quāto plus expecta
tur quis tanto maiori iudicio
condēnatur. Tarditatem enim
supplicij dei ira que lento gra/
du procedit grauitate compen
sat. Et parauit illum arcum in
scriptura insinuādo varias pla
gas contra impenitentes. Et i
eo parauit vasa mortis pene ⁊
dānationis. Unde ⁊ ipse salua/
tor. Nisi penitentiam egeritis
oīes similiter peribitis. Et q̄a
opera penitētie exterioris sūt
elemosyna: oratio:⁊ ieiuniū: d
quibus p̄s. dispersit dedit pau/
peribus. ⁊ in alio psalmo: diri/
gatur oratio mea sicut incēsum
in ꝯspectu tuo. ⁊ i alio: Genua
mea infirmata sunt a ieiunio.
fructum autē horum tollit hy/
pocrisis ⁊ inanis gloria. Et iō
christus post preceptum peni/
tentie cautos reddit dicēs: No
lite ieiunare sicut hypocrite.
Et iterum: Cum facis elemosy
nam noli tuba canere ante te.
Et postea cum oraueritis non
eris sicut hypocrite. Predicās
igitur preceptū domini scilicet
charitatis: p̄mo quidē duo eiꝰ
mandata que sunt totius vite
spiritualis ⁊ salutis fundamen
tum: cum ab eis essent diminu/
ta suppleuit. Decem precepta
que sunt fundamenti superedi
ficium dirupta refecit. Consilia
que sunt ad edificij ornamen/

tam adiecit. In charitate radicati et fundati oportet q sint q comprehendere volunt cũ omnibus sanctis in patria que sit longitudo diuine eternitatis: latitudo summe bonitatis: altitudo sapientie dei claritatis: profundum sue iuste seueritatis: quod fundamentum charitatis habet tria obiecta: scilicet deum: proximum: et seipsum: circa que populus iudaicus errabat. Nam quantum ad primum diligendus est deus propter se et ei seruiendum. Illi autem seruiebant deo: et deum diligebãt propter temporalia consequenda: que eis promittebant iuxta illud: Si volueritis et audieritis me: bona terre comedetis. Uel consequendã laudem humanam. Sz declarauit christus oportere intentionem esse ad deum directam non ad temporalia: dum ait: Si oculus tuus fuerit simplex: totũ corpus tuũ lucidum erit. Si autem neqz: etiam corpus tuum tenebrosum erit: idest si intentio fuerit directa simpliciter i deum: corpus operis inde secuti erit gratia luminosum et deo acceptum alsecus: quod optime psalmista intelligens aiebat: Inclinaui cor meum ad faciendas iustificationes tuas propter retributionem scilicet eternam que ẽ ipse deus. A te enim inquit ipe quid volui super terram: quasi dicat nihil: sed pars mea deus in eternum. Quo ad proximum diligendus est omnis qui eterne salutis est capax: amicus in deo: inimicus propter deum: in quo non parum deficiebant ex seniorum suorum traditionibus diligentes amicum: et odio habentes inimicum. Sed errores eorum christus eliminauit dicens: Diligite inimicos vestros. Si enim sanctus propheta non nouisset sic esse intelligẽdum: sic viuendum: non dixisset Si reddidi retribuẽtibus mihi mala decidam merito ab inimicis meis inanis: nec pro inimico mortuo ieiunasset et fleuisset morte audita et sibi viuenti pepercisset. Debet homo diligere seipsum et prius q̃ proximum: et magis ẽm spiritum q̃ ẽm corpus. Illi vo magis sensualitatẽ sequebantur q̃ rationem: in quo christus eos correxit dicens: Intrate per angustã portam. Et iterum: Regnũ celorum vim patitur et violẽti rapiunt illud. Et loquitur de violentia: quam quisqz sibi facit in mortificando appetitus sen

sitiuos. Ad qd etiaz psalmista. Defecit caro mea & cor meum deus cordis mei. Docuit autez deum esse diligendum ex toto corde: vt nil volūtas desideret contra deum. Ex tota anima vt nil intellectus admittat in credendo: vel intelligendo contra veritatē fidei. Ex tota mente vt non obliuiscatur dei inter prospera & aduersa sed firmus psistat. Declarauit & primuz sicut se diligendum: vt scz omnē hominem quē potuerit vel bñficientie consolatione: vel informatione doctrine: vel cohertione discipline inducat ad colendū deum. Seipsum quis vere diligit quādo cōditiones vere amicitie ad animā seruat. Uult enī amicus suum amicū esse & viuē & q habeat bona & ad hoc operatur & laborat & delectabiliter conuersatur cū eo. Sic diligēs seipsum ꝯm charitatem vult q anima que est pars pncipalis conseruetur in esse spirituali a quo deficit per peccatum mortale. Uult q viuat in deo nō in mūdo. Uult q habeat bona spiritualia que sunt vera bona: et ad hec laborat vt habeat bona virtutum. Delectabiliter conuersatur secum in mente: quia reperit ibi bonas cogitationes & dispositiones et huiusmodi.

Sed qui diligit iniquitatē odit animam suam ait ps. Non se dilexit talis ꝯm animam: sed ꝯm corpus. Hoc autem fundamento restaurato decalogum quasi eius supedificium dirutum reparauit in melius ite pretādo. Irritum siquidē fecerant mandatum dei pmum sine causa colentes eum docentes traditiones hominum. Dilatabāt philateria sua per superscriptionē & incantatiōes & diuinationēs quibus semp fuerunt dediti. Et frequēter lauabāt manus & parapsides. Sed docuit christus q intus est esse mundandum & deum pura mente colendum. Iurando autem per creaturas & leuiter quia honorificentiam creatoris transferebāt ad creaturam vel non potētes se ligari peierebant. Ipse iesus redarguit dicens: Nolite iurare per celum neqz per terraz: nec per quodcūqz aliud iuramētum: vt solum necessitas illō admittat non suauis voluptas. Tertium preceptum puertebant operibus maxime seruilibus peccatorum diebus festiuis insistendo & quod necessarium & spirituale erat prohibendo. At edocuit ipse: quia in sabbatis licet bñfacere & curare infirmos et necessaria vite procurare. Un

⁊ totum hominē sanum fecit in
sabbato animā videlʒ ⁊ corpus
Transgrediebantur populi et
illud de veneratione parentuʒ
edocti ab auaritia sacerdotum
vt vota vouerent templo tēpo/
ralium rerum ⁊ redderēt etiaʒ
si ex ipsorʒ impletione parētes
fame parirēt: qđ ipē declarauit
magnum impietatis scelus exi
stere ita crudeliter ꝓpinquos
abijcere. Existimabant illō mā
datum impletum non occides
si actu non interficerēt de men
tis homicidio nullam sibi con
scientiam facientes. Sed decla
rauit iesus ipse q̄ etiā q̄ irascit
fratri suo reus erit iudicio dā/
nationis eterne si sol rationis
occidat sup iracundiam suā ap
petendo vindictam. Dabant li
bellum repudij quādo vxores
displicebant. Qđ deus in lege
fuisse pmissum ostēdit propter
eorum duritiam non ꝯcessum
quia contra sextum ꝓceptum.
Non mechaberis ait ⁊c̄. si qs
dimiserit vxorē nisi propt for/
nicationē nec tunc aliam in cō
iugē ducē licet. In vsuris obsti
natissimi fuerunt ⁊ sunt quas
omnes messias iste aperte pro
hibuit dicens: Mutuum date
nihil inde sperantes: nō solum
nec paciscētes sed nec sperātes
non aurum non argentuʒ non
obsequium non demū qđ p̄cio
existimari possit. Non mētiri
ipse instruxit ne octauum vio/
letur mandatum cum inquit.
Sit sermo vester est est: nō nō.
Ut sicut affirmatio est in corde
alicuius materie dicende ita ⁊
in ore: ⁊ similiter i negatiua lo
cutione. Perdet enim dn̄s oēs
qui loquuntur mendacium ꝰm
psalmistam. Et q̄nis cogitatio
nis penaʒ ꝰm leges humanas
nemo mereat: moysaica lege
autem manus puniebat tēpo/
raliter non animus: ꝓpter qđ
laxatis habenis ad transgres/
sionem noni ⁊ decimi mādati
currebant ꝓcipites. Immacu/
lata lex dn̄i conuertēs animas
ad ciuitatem supernam: omnē
prohibet prauum affectū dicēs
Qui viderit mulierē ad cōcu/
piscendum eam: iam mechat⁹
est eam in corde suo. Et alibi at
tendite vobis ab om̄i auaricia
Omnia autem seruanda pre/
cepta idem psalmista docuerat
dicens: Psalterio decē cordaʒ
psallite illi. Debent enim ipsa
mandata ore pnunciari de eis
loquendo ⁊ alios docendo. Et
ideo dic: Psallite quod fit ore.
Debent omnes mente ea rumi
nare ⁊ non timore seruili nec
aliqua intentione terrena ser/
uare: sicut pharisei qui oīa opa

sua faciunt vt videantur ab ho
minibus sed pure propter deū
Propterea subdit: illi scilz deo
non hominibus. Debēt quoqz
integraliter non solum in pro
posito mentis vel in docendo
sicut scribe vestri qui dicunt ꝛ
non faciunt sed opere executio
ni mandare: ꝛ hoc est in psalte
rio decē cordarum. Psalteriuz
enim est instrumentum: quod
tactu manus pulsatur. Et ꝑma
tria pertinent ad deum: qnqz
sequentia ad proximi dilectio
nem: duo vltima ad dilectionē
sui. Et quia ipse christus legem
venerat non soluere sed adim/
plere non solum adimplevit fa
ciendo que ipse facturus ꝑnun
ciaverat: ꝛ erroneas expositio
nes excludendo per verissimā
doctrinam: sz consilia addidit
que perficiunt charitatem. Et
de consilijs patientie taceo qui
bus dixit sinistraz maxillā offe
rendam: percutienti dextram:
ꝛ huiusmodi: que magis intelli
genda sunt monita quo ad ꝑpa
ratōez animi q̄z quo ad opꝰ qđ
in aperto fit: vt in secreto teneať
patiētia cū animi benivolētia:
paratꝰ ēt ꝛ alia maiora sufferre
patiēter. In publico aūt id fiat
qđ ꝓdesse credēdum ē quibus
bū velle debemus. Insup ꝛ sini
stra tēporalium offerenda ē pa

rato pcutere dextrā spiritualiū
cum preponenda sint semꝑ vt
potiora tēporalibus spiritualia
Venio ad cōsilia quibus obser
vatis quasi remotis obstaculis
ad summum attingitur apicem
charitatis. Quis enim trāsito
ria sine affectu possidere visus
est? Hoc autē vt quodam visco
ita mentis ale implicantur: vt
ad alta volare non valeat. Qui
cum vxore est que mundi sunt
cogitat quomodo vxori place/
at: non deo: ꝛ divisus est. Non
parum obnubilat animū volun
tatis vaga libertas. Hec autem
triplex radix maloꝝ oium que
versantur in mundo concupi/
scentia carnis: ꝛ cōcupiscentia
oculoꝝ ꝛ supbia vite evellūtur
ꝑ adimpleta consilia. Nā pau/
pertas cupiditatem evertit seu
concupiscentiam oculoꝝ: casti
tas carnis cōcupiscentias edo
mat. Humilis obedientia sup/
biam proprie voluntatis. Per
hec siqdem omnibꝰ abrenūcia
tis temporali substantia: corpo
ris volūtate: ꝛ animi libertate
totū se qs dedicat deo: divinis
obsequijs mācipatus vt sanctꝰ
idest deo deditꝰ merito censea
tur: ꝛ cum fructu centuplicato
qđ bū īsinuasse videť psalmista
cū ait: In terra deserta. i. conver
satiōe paupertatis ex q̄ cūcta de

serunt tpalia. Jnuis abdicatõe ꝓprie volũtatis ex qua nõ itur aliquo ꝑ opus ad placitũ volũtatis sue ꝫ aliene. Jnaquosa ob seruatione castitatis ex q̃ terra corpis arida manet. Sic in scõ apparui tibi. i. in statu sanctitatis ꝛ totalis dedicatõis diuine Et seq̄t ꝑmiũ. Ut viderẽ vtutez tuã. hic ꝑ ꝯtẽplationẽ ꝛ gloriã tuã: in futuro ꝑ premiationem Ad hec ꝯsilia xp̃s hortabat̃ cũ predicando dicebat: Siqs vult post me venire. s. vt verus discipulus: abneget semetipsum: sue voluntati abrenũciãdo: ꝛ tollat crucẽ suã castitatẽ seruando: q̃ sensitiuã cruciat: ꝛ sequat̃ me: q paup sum imitando. Qui non odit patrẽ ꝛ matrẽ: aliosq̧ propinquos detestando. i. ꝛ odiendo in eis non naturã ꝫ vitiũ: q̃ ꝯtrariant̃ virtuose ꝯuersatiõi: adhuc aũt ꝛ aĩam suã. i. ꝓpriaz volũtatẽ: nõ põt meus eẽ discipulus: dicebat ipse iesus. Si. n. voluntas ꝓpria est: mala ẽ. Nã si bona foret a deo nõ ꝓpa esset Jpse enim opat̃ in nobis velle ꝛ pficere. Crucifigere vo carnẽ suã a ꝯcupiscentiis ꝛ seipsũ castigare ꝓpter regnũ celoꝝ: qa difficile est: nec vnicuiq̧ donatũ: ideo nõ pcipiendo sed psuadẽdo inquiebat. Qui põt capere capiat. Cuidã aũt iuueni ad pfectionẽ anhelanti ꝛ sup̄ ꝫ medium inquirenti: rñdit. Si vis pfectus eẽ vende oĩa q̃ habes ꝛ da paupib⁹ ꝛ sequẽ me. Nec enĩ credẽdũ est in pauptate eẽ pfectionẽ: ꝫ charitas ipa ẽ vinculũ pfectionis. Pauptas autẽ est instrumentũ dispon ens ad charitatis pfectionez. Et iõ ad eã suos discipulos verbo ꝛ exẽplo inuitabat ad culmen intendens pfectionis adducere.

Amaon.

Ante q̃ vltra ꝓgrediaris qr materiã ꝓutilem ꝛ necessariã mãdatoꝝ pstrinxisti: q̃dã erozta dubia circa declarationẽ ipsoꝝ ozo ponas in lucẽ. Dixisti. n. ꝯ pceptũ decalogi eẽ vsuras accipe: ꝛ vxoꝛe repudiata aliã ducere. Satis miroꝛ de hac sñia cũ nr̃i pncipes ꝛ scribe assererẽt hec licita fore: qr ĩ lege pmissa dũmodo feminis non exerceat̃ cum circũcisione sed cum prepucio.

Peregrinus.

Quod ĩ lege fuerit vsura pmissa erga aliẽigenas dupl'r põt ĩtelligi. Aut de alienigenis finitimis pplo isrl̃aut ẽt qbusc̃uq; aliys extra pplm iudeoꝝ. Igit̃ si intelligat̃ de his gentilib⁹ q̃ habitabant

circa confinia iudee:q sibi vsur pauerant terras a dño eis con cessas:sic vera pmissione z licita fuit contra eis pmissum vsuras ab illis accipe:nō vt vsuras s3 vt recuperationē iuris sui sicut z ipsis egredientib9 de egypto pmisit etiam ac iussit expor tare vasa aurea z argētea accomodata ab egyptijs i satisfactionem multiplicis dāni z offense eorum. Sed si intelligatur de alijs vniuersaliter vt interpretantur vestri rabbite z cōtinue operantur:sic fuit compatiua pmissio:ne videlicet crudeles fierent erga fratres generis sui auaritie pmaxime dediti. Unsi lex non inferebat penam: nō tamen diuinam vitabant vltionem. Nec ignorantia eos excusare valebat:cum pphete quoqz est leges exponere hoc illicitū fore nō silerent:nam psalmista cum dicat dño deo requiescet i mōte sancto tuo superne.s.pñie qui peccuniam suam nō dedit ad vsuram:cum alijs quē i illo psalmo cōtinent impletis? Nō ergo requiescet qui dat ad vsuram. Propheta etiā ezechiel vel dñs potius per eum dicit: Qui ad vsuram nō accomodauerit:nec amplius accepit zc. hic iustus est vita viuet et non morietur. Libellum repudij ēt ob duritiam cordis moyses pmisit dari ad vitandum maius malum.s.vxoricidij. Et q̄uis ex sacra pagina hoc non reperiat auctoritate argutu3 vt malicia fenebris tñ exemplis cōtrarijs retunditur:dum nullus sanctorum hoc peregisse docet. Porro z si varia circa predicta vīi sapiētes nunc usqz fuerint opinati āmodo ex doctrina ipsius messie luce clarius constat nil horum cuiqz licere.

Cleophas.

Venerāde dñe emanuel: cum de magistri nostri pclara doctrina tractares duplex animum meum pulsauit questio. Prima circa precepta. Quā quia monit con socius meus z tua sapientia pmaria optime soluit ita vt generit intellect9 ideo eā reticeo. Alterā vo obsecro vt elucides circa consilia:exortam: ad que plurimū hortabatur ipse mgr noster tanq̄ ad pfectionē inducentia. Et nos ex ore eius accepimus idem qđ retulisti. Uidētur tñ prima fronte ipsa ɔsilia obseruata:magis perfectione3 subruere q̄ iuuare. Nam paupertas homine periculo exponit corporis z spiritus. Quod intelligēs sapientissimus salo

mon dn̄m exorabat circa finez libri ꝓuerbiorum: paupertatē sibi non dari ne necessitate ductus furari cogeretur aut deierare. Et iesus syrach asserit propter inopiam non paucos perisse. Qui autē amat periculum: incidet in illud s̄m Salomonem & hec culpa non vacat. Si continentia virginalis aut vidualis seruetur a cūctis: vt perfectius dn̄o famulentur: nōne finietur q̄citius genus humanum: & q̄ plurimi de libro vite radentur Cum tn̄ pfectissimus ille abraā cum ceteris patribꝰ coniugio vacantes deo grati & valde fuerūt ab eo dilecti & dn̄s iusserit: crescite & multiplicamini & replete terram. Quid de obediētia dicam cum notum sit: q̄ nemo inuitus benefacit: & si bonū est qđ facit. Qđ ex obedientia fit quadam obligatiōe necessaria duci videtur ad operandū cum tn̄ deo non placeant coacta seruitia. Et q̄uis existimem magistrum nostrum vt sapientissimū vera docuisse: his tamē obiectis respōsa dare nequirē nisi tu ipse edoceas.

Peregrinus:

Dubitare de singulis carissimi mei nō extat inutile qn̄ nō ex infidelitate & pertinacia procedit: sed acumine ingenij & studio intuēde veritatis. Et tales sicut non deserit lux illa que illuminat oēm hominē venientem in hūc mūdum p̄cipue in necessarijs: ita nec homo despicere debet sed instruere. Firmam itaq̧ tenete sententiam multū valere ad perfectionis augmētum seruata ꝯsilia. Nec ꝑ omnimodā terrenorum abdicationē voluntariam: quis se exponit periculo. Contingeret istud si inuitꝰ necessitate cogente: inopiam sustineret. Tunc enim vt eā exosam fugaret furtis periurijs: & alijs illicitis operam daret. At vbi sponte assumit: nō aliena appetit: qui propria contēpsit ꝓ maximis diuitijs mendicitatē ipsam amplectens. Et cum laudabiliter iactet cogitatum suum ī dn̄o vt perfectiꝰ querat regnū dei & iusticiam eius: necessaria sibi adicere: diuinā prouidētiā merito sperare debebit. Continentiam q̄ plurimū valere ad vacandū deo ratio dictat. Actꝰ enim venereus & si inter cōiuges culpa careat ꝓpter debitū finem: mentem tn̄ obnubilat et intelligentiam deprimit ne totaliter ferre possit in deū. Sollicitum quoq̧ esse oportet coniugez quomodo alteri placeat

⁊ familie prouideat ⁊ diuisus ē Cum autē paucissimi essent in orbe terrarum: vt multiplicare tur genus humanum a princi pio ⁊ imediate post diluuiū cō iugium nō solum exhortatiōe: sed iussione tradi fuit necesse: adeo vt fratres germanis soro ribus copularētur. Abraam āt cum posteris generis sui: quia aliis nationibus ad idolatriaȝ declinantibus: vera religio in eius remansit domo: ⁊ debitus dei cultus. Oportuit tēpore il lo vacare coniugiis vt p ppa / gationē carnaleȝ dei populus copiose augeret. Nunc aūt q: nuptie replerunt orbē terraꝝ ⁊ amodo non solus notus i iu / dea deus: sed videbūt oēs fines terre salutare dei nr̄i: vt expe / ditius vacetur orōni ⁊ ɔtēpla / tioni ɔsultius ē castrare seipsū propter regnū celoꝝ cum non sit digna ponderatio aīe conti nentis. Nemini tn̄ precipitur sed suadetur. Qui pōt cape ca / piat. Nec vnq̄ deerunt: q va / cent coniugio. Obedientia vo ipsa est que cūctas vtutes men ti inserit: insertasq; custodit. Ip sa pregit: ipsa dirigit: ipsa pdu cit si bene seruetur. Necessitas auteȝ coactionis illa est: que i / uoluntarium causat. Unde ⁊ p mium cū merito excludit. Ta / lis vo non est necessitas obedi entie: quia nullus cogit ad p / mittendum obedientiam: sꝫ vo luntarius ad hoc quisq; acce / dit. Et quia spōte se ppter deū ad illam necessitatē posuit: tan to deo efficitur gratior: quanto plus deo offert, videlȝ volunta tem cum opere: quēadmodum ex duobꝰ seruis plus ille offert domino ⁊ ei acceptior fieri dꝫ: qui fructus alicuius pulcherri mi arboris sue largitur cum ea q̄ȝ alter q precise fructū ense / nia mittit arbore tamē sibi re / tenta. Et voluntate magis fixa in bonum operetur obediens ceteris paribus magis meret eo q sua spōte ideȝ pficit opus

Cleophas.

Quia inq̄sita omnia ple / nissime enucleasti: ⁊ adi tione non indiget pleni tudo: iam pse quere ad votū de doctrina magistri nostri egre gia siquid superest intimādū.

Peregrinus.

Nec dies nec mēsis suffi / cerēt si oēs ipsius smo / nes vellēȝ reuoluē: q̄ tn̄ oia deo opante mihi nota vt aī dixi. Sed q̄dā tn̄ sub cōpendio refero. Hoc tn̄ omittē nolo qd̄ initiū fuit pmi sermonis ad di

scipulos in mõte plati. Apiens eni os suū dixit: Bti pauperes spiritu cū ceteris que sequūt. A btitudine ergo inchoās septē enumerat btitudines. Ubi attē dite sapiam eximiā docentis. Cū.n. omne agēs agat pp̄ter finē quē intendit: et finis vltim9 hois sit btitudo: imo apte a btitudine exordiū sumpsit vt feli/citate ostensa: quā vniuersi naturalr appetūt ad operandum virtuose efficacius mouerent. Ois quippe mortalium cura: quā multipliciū studiorū laborū exercet cū diuerso calle pcedat ad vnū tñ btitudinis finē nitit puenire. Pauci tñ ad verā attingunt: q oiūz bonorū statū pfectū cōplectif: qz nec eā sciūt. Opinati sūt quippe aliq insipietes btitudinē in vita voluptuosa et sensitiua repiri. Alij in vita morali actiua. Alij in cōtēplatiua. Hec aūt ita se hñt vt vita voluptuosa et sensitiua: vere sit btitudinis ipeditiua de q psalmista. Btm dixerūt pplm cui.s.tpalia de qbus pmiserat: sed salte estimationis locutionē Isa. declarat dicēs: Popule me9 q beatū te dicūt ipsi te decipiūt. Actiua vo vita cū fide ad verā btitudinē ē dispositiua. De hac ps. Bti imaculati i via q āmbulāt in lege dñi ipsam seruando. Sz cōtēplatiua cū gra in via: est felicitatis inchoatiua: quā signare videt psalmista dicēs: Bti q scrutāt testimonia ei9.i. diuina eloqa q de eo testimonia reddūt vel creaturarū vtutes et pfectōes q diuinā magnificentiā attestāt: si tñ nō ex curiositate vel vanitate: sed pia veritate in toto corde exqrūt eū. Sz in supna pria cōtēplatio est pfectiua btitudis et essentialiter ipsa btitudo. Et de ea ps. Bti q hitant i domo tua dñe. s.glie in scla sclorū laudabūt te: ex eo q cōtēplant facie ad faciē maiestatē tuā. Igif qa sensualis et voluptuosa btitudo querif in diuitijs et honoribus aut i potētijs et vindicatiōibus partim etiā i carnalib9 delectationib9 q oia cōplurimū ipedimentū pstāt ad btitudinē capessēdā: qz ad crimina innumera deducūt: iō in pmis trib9 btitudinib9 expssit act9 xpiēs in illis. Vlā cō cupidos et ambitiosos q suā felicitatē i diuinis appetūt et humanis fauorib9 inqt: Bti scz spe paupes spū.i. volūtate et affectu: et paupes etiā spū.i. vento ambitiōis et inanis glie. Pauperes aūt dixit signāter nō va/cuos: qz nulla ē tā excelsa vtus q aliqñ delectatiōe glie nō tāgat. Istorū.n. demū est regnū celorū vbi glia et diuitie indeficientes

quia transitoria contēpserunt. Et ad hoc valet illud psalmi aptari. Beatus vir qui timet dn̄z Qui enim dn̄m timet ei subijci tur: gliam suam querit non propriam: in mandatis cupit contemnens terrena. Contra regimina et vindictas affectantes in quibus felicitari arbitrant ait: Beati mites qui. s. mansuetudinem sectantes querunt subijci non potentari aduersa et illata opprobria equanimiter portāt non vlciscunt: et terram viuentium possidebūt securi sine vlla perturbatione vel timore: qualia patiūtur diuina terrena habentes semper suspecti: cui alludit qd̄ dicit ps̄. Beata gens cuius dn̄s deus eius populus quē elegit in hereditatē sibi. Mansueti enim hereditabunt terrā precipue viuentium. Qui vo finem in voluptatibus cōstituūt sicut equus et mulus quibus non est intellectus contra eos inuebit dicens: Beati qui lugēt: nō qui sequuntur gaudia mundi q̄ dolore miscentur: et eorum extrema luctum occupant nunc et in sempiternum: sed qui contristātur pro suis et alienis delictis et in colatu presentis exilij: ac patrie dilatione. Consolabuntur hi non momentanee sicut in hoc seculo neq; pdigijs et tristicijs ingruentibus sed leticia sempiterna: fugietq; dolor et gemitus: qd̄ insinuasse videt psalmista. Beatus qui tenebit inquit et allidet paruulos suos ad petram idest non solum actus exteriores: sed etiā paruulas et leues cogitatiōes lubricas retinebit ne vltra progrediantur ad aliquā delectationem: ad petram dure penitentie confringēdo. Submota exinde vita sensuali tanq; bzutali: signatur vita que dam a sapientibus que actiua nuncupatur. Hac quis bene et virtuose se habet in humana ciuilitate: cuius pars vna est non ledere proximū in quoq; s; reddere vnicuiq; qd̄ suum est. Altera sublenare eum in suis necessitatibus. Unde quartā posuit beatitudinem dicens: Beati qui esuriunt et sitiunt iusticiam idest valde cupiūt: et in arduis et in paruis eum exercere: quia desiderium vehemens ad opus trahit. Saturabunt isti nec aliquid deficiet propter iusticiā exhibitam: cui sententie cōcordat ps̄ dicens: Beati qui custodiunt iudicium et faciunt iusticiam omni tempore. Nec eniz bene potest iusticia exerceri nisi precedat iudicium discutiēs diligenter seriem rei. pro alia parte iusticie: qntam exprimit

videlicet. Beati misericordes qm̄ ipsi misericordiam conse/quentur. Non vtiq3 subijcient miserijs quarū timore pleriq3 se subtrahunt a miserationibꝰ ne eis deficiat cum pauperibꝰ largiuntur: sed consequent misericordiam liberantē ab om̄i miseria. Nec hanc psalmista reticuit. Beatus inquiens qui intelligit super egenum: quo ad spiritualia ⁊ pauperem quo ad tēporalia. In die mala .s. extre/mi iudicij liberabit eu3 dn̄s ab illa seua sentētia. Ite maledicti in ignem eternum ⁊c̄. Demum contemplatio veritatis in qua quidam posuerunt vltimā felicitatem cōsistere si sit perfecta ⁊ prime veritatis .s. dn̄i dei hec est essentialiter beatitudo ⁊ p/fectiue: sed in hac vita nō possi detur nisi impfecto modo. Cognoscimus eni3 de deo tm̄ nisi quia est: sed non quid est. Po/suit igit magister noster iesus duas vltimas beatitudines ad contemplatiuā pertinētes: nō quidem pertinentes ad actus ipsius cōtemplatiue: sed dispo/nentes efficaciter ad ea3. Que autem posuit pro premio earū: illa sunt opera contemplatiōis Unde ī sexto loco dixit: Beati mundo corde. Munditia qdē cordis maxime ē necessaria ad contemplationis actum: quia ī maliuolam animā non itroibit sapiētia: qd̄ tm̄ exercitiū actiue vite est. Isti autē dn̄m videbūt ex quo oculos sinistrum intel/lectus ⁊ dextrum affectus hn̄t mūdos. Dicat ⁊ psalmista. Beatus cui nō imputabit dominꝰ peccatum: nec est in spiritu eiꝰ dolus. Quia enim spiritꝰ ⁊ cor mundum est ⁊ sine dolo: ideo si quid defectuosu3 sit ab extra nō imputabitur ei. Ultimam hāc esse voluit. Beati pacifici qui sc3 habent cor sedatum a passionibus: pacatum a ꝑturbationi/bus proximoꝝ: qm̄ filij dei vo/cabunt intuētes regē in decore suo ⁊ euellata facie glīa3 dei cō/templātes equales angelis: q filij dei vocātur. Psalmista vo Beatus vir cuius est auxilium abs te ascensiones in corde suo disponit. Nec eni3 sine speciali dei auxilio ⁊ gratia dei esse pōt vt ascendat quis per ꝯtempla/tionem ad statum filiorum dei Qd̄ postmodum addidit ipse iesus. Beati qui persecutione3 patiunt: propter iusticia3 potiꝰ hoc qd̄ additum est quedā manifestatio precedentium beatitudinum q̄3 alia de per se beatitudo. Et hoc enim manifestat: si quis est vere pauper spiritu mitis: lugens ⁊ iustꝰ cū ceteris

si persecutionem passus propter iusticiam non deficit ab ea. Sunt autem ipse beatitudines scilicet paupertas: mititas: luctus: et huiusmodi: quidam actus virtuosi procedentes a donis septem spiritus almi. Et licet virtutes morales inducant homines ad similes actus virtuosos: vt patet de iusticia: mia tēperantia ⁊ alijs tamen psecciori modo ipsa dona spiritus ad illa opera inducunt. Ut verbi gratia: Fortitudinis virtus facit hominem eē patientem in aduersis: sed fortitudinis donum etiam libenter ⁊ appetenter facit aduersa pati propter christum. Sed ⁊ istam triplicem beatitudinem simul videtur ps. fuisse complexus in principio sui libri psalmorum dicens: Beat⁹ vir qui nō abijt in consilio impiorum ⁊ in via peccatorum non stetit: ⁊ in cathedra pestilentie non sedit: sꝫ in lege domini voluntas eius ⁊ in lege eius meditabitur die ac nocte. Nā a vere beata spe ⁊ tādē re psalmista excludit vitam brutalem que consistit in concupiscentijs sequendis: dū dicit: Beatus vir qui abijt ⁊c. vbi notat triplex gradus peccati. s. in corde ⁊ ibi est consiliū impiorum: in opere ⁊ illa ē via peccatorum: in consuetudine ⁊ illa est cathedra pestilentie ex qua sicut ex cathedra docetur malum: ⁊ vt pestis alios inficit Secundo notauit vitam actiuā ibi: In lege domini voluntas eius scilicet erit ad eam seruandam; que vitia prohibet passiones cohercet: subuenitur necessitatibus aliorꝫ docet: nullūqꝫ ledere: sed vnicuiqꝫ qđ debitū est tribuere. Contemplatiuam signauit quando subdidit: In lege eius meditabitur die ac nocte. Per maxime enim meditatio ad contemplationē pertinet. Et cum potissima contēplatio sit circa primam veritatem scilicet deum eiusqꝫ perfectiones: ⁊ in lege domini: que sacra pagina est: maxime ista habeantur plusqꝫ i quibuscūqꝫ doctrinis: imo in lege domini meditatur contemplatiu⁹ die ac nocte: que quidem contemplatio non inflat: vt ethicorꝫ methaphysicorum sed edificat ad regna celorum. Predixit qꝫ Isa. hanc suauem doctrinam p messiam christum propinandā dicēs: Uenite ascendamus ad montem domini: idest christꝫ qui est mons omnis perfectionis. Hic in monte docuit thabor sermonem primū: ⁊ i monte syon sermonem vltimum. Et

ad domum dei iacob que est ec
clesia: que quasi tunc erat in di/
scipulis. Et docebit nos vias su
as mādatorum recte in ipso ser
mone expositorum. Et ambula
bimus in semitis eius: idest ab
eo edoctis. Semita que est ar/
tior quasi strata que dicitur via
signat consilia ꝛ. ipsas beatitu/
dines que de perfectioribus ac
tibus sunt per christum in eo/
dem monte explicata: quia de
syon exibit lex scilicet euāgeli
ca per vniuersum mundum di
uulganda. Sed attendite dile/
ctissimi quia volens Isa. nota/
re perfectionem ipsius messie
ꝛ doctrine eius: et quomodo
sit a gentilibus auide suscipien
da: sic immediate ante dicta ver/
ba inquit: Erit in nouissimis die
bus preparatus mons domus
domini in vertice montium et
eleuabitur super colles ꝛ fluēt
ad eum omnes gentes ꝛ ibunt
populi multi dicentes: Uenite
ascendamus ad montē domi/
ni cum his que predicta sunt ꝛ
breuiter exposita. Ubi debetis
scire ꝙ dies nouissimꝰ dicitur
dupliciter: vno modo simplici
ter ꝛ absolute: idest vltimus vel
circa finem: vltra quem non est
alius dies seu tempus. Et sic in
telligitur illud Job in nouissi/
mo die de terra surrecturus sū.

Alio modo dicitur nouissimus
dies respectiue: idest per respe
ctum ad aliquē statum vel tem
pus: Et sic dixit Jacob patriar/
cha filijs suis benedicens. Au/
dite que ventura sunt vobis no/
uissimis diebus: idest tempori
bus messie. Isto modo sumitur
hic in Isaie auctoritate. Dicun
tur autem dies messie nouissi/
mi per respectum ad alium sta
tum qui non succedit. Statui
quidem legis moysaice: succe/
dit status legis euangelice da/
te per messiam. Huic autem nō
succedit alius status in via: sed
status glorie obseruantibus eā
Mons domus domini: est ipse
messias super quo domus do/
mini: idest ecclesia fundata est.
Hic erit sicut in re ita in mani/
festatione per orbem eleuatus
super omnes colles ꝛ in verti/
ce montium: idest excedēs vir
tute omnes iustos homines: ꝛ
in vertice montium scilicet su/
perans sine comparatione om
nem perfectionem propheta/
rum et patriarcharum et flu/
ent ad eum omnes gentes cō
uertende per fidem ꝛ deuoti/
onem doctrine eius curren/
tes: idest de omni genere gen
tilium. Quidam autem de ve
stris non sapientibus sed insi/
pientibꝰ dicēt hoc implēdū in.

aduētū messie ſm corticem lit/ terę: videlʒ q̄ tres mōtes altissi mi .s. thabor: ⁊ mons carmeli ⁊ mons synai debent vniri ⁊ sup ipsos deponi mons syon: q̄ di/ citur mons domus dn̄i: qa ibi edificatum est templum quod dicitur domus dn̄i: ⁊ ibi docen te messia fluent ad eum gētes ⁊ ibunt populi. Sʒ quid absur/ dius dici potest? Certe si subiu gale balaam arioli resurgeret cum loquela sibi ad horam cō/ cessa argueret veraniam horū Quod tācꝫ erroneū alius rab/ bi vitans diceret intelligendum de eleuatione spirituali nō ma teriali: tēpore messie videlʒ q̄ quia messias in monte syon do cturus est ⁊ facturus multa mi racula valde magis q̄ꝫ sint fcā aliqua mira ī monte synai: tha bor: ⁊ carmeli. Ideo dicit̄ mōs syon qui est mons domus dn̄i: eleuari super illos seu vertice illorum. In monte q̄dem synai facta sunt mirabilia: quia ibi da ta a dn̄o lex moysaica: ⁊ apparu it mons fumans ⁊ ardens. In monte thabor: transfiguratio ⁊ alia etiam mira. In monte car meli helyas fecit ignem descē dere de celo ad consumandum holocaustū. Sed in mōte syon vbi erat templum: christus de/ dit legem euangelicam que po

tior est moysaica. Ibi frequēter predicauit: ibi miracula multa fecit de quibus adhuc erit dicē dum. Ibi sacramentū sui corpo ris instituit ⁊ q̄ꝫplura alia. Et discurrentibus discipulis suis per orbem fluent ad eum oēs gentes p fidem. Iste verum di cet: sed vt balaam obturatū ocu lum habebit: vt neget hūc xp̄m quē videre potuistis oīa hec fecisse in monte syon esse mes/ siam aliumcꝫ expectet cum sue salutis interitu. Expectat⁹ igit̄ dei filius a patribus iam venit. Ueniens mira docuit docens praua tollerauit: vt impleretur illud Isa. In tribulatione mur muris doctrina tua eis. Nō. n. parua tribulatio eē poterat ipi christo: cum murmur multus erat dē eo in populo dicentib⁹ quibusdam. Nequaq̄ꝫ bonus ē sed seducit turbas aliis asseren tibus. Non est hic homo a deo qui sabbatum non custodit ce/ teris conclamantibus. Demo/ nium habet: potator: vini: am i cus publicanoꝝ ⁊ peccatorum. Sic tñ oportebat xp̄m pati i do cendo vt scriptura impleretur ⁊ figura omnium pene prophe tarum: qui populum docentes multa ⁊ īmania ppessi sunt ab eis: ⁊ vt ostenderetur veritas ipsius doctrine ⁊ docentis eā:

quia veritas inualescit ⁊ omnia vincit ⁊ obtinet in secula seculorum. Doctrina quoqꝫ viri ꝑ patientiam cognoscitur: inquit solamon. Insuper vt doctoribus in posterum detur exemplum veritatem doctrine cum expedit propter timorē aduersorum nullo modo deserendā: nec mirentur si persecutionem patiuntur propter veritatē ⁊ iusticiam: ⁊ deridetur iusti simplicitas quasi lampas cōtēpta cum ipsum datum doctorem iusticie mundo ꝫm prophetā ꝑncipes persequuti fuerint gratis ⁊ beelzebub nuncupauerit.

Cleophas.

Quam suauis fuerit doctrina huius nostri magistri nos testes sumus ⁊ turbe que pre dulcedine eius aliquando triduo sustinebant eum in deserto non habentes quid manducarēt queꝗꝫ rationabilis docens vtilia tu īsinuasti. Tria tamē sunt que stuporē inducunt circa doctrinā ipsā. Primum est quare gentilibus non potius elegerit predicandum vtpote magis paratis ad eam suscipiendam: vt patuit in quibusdam a nobis ⁊ consocijs visis Centurione Cananitide ⁊ Samaritana cum siccittimis ꝗꝫplurimis. Finis enim morēs instruentis est vt flectat. Aliud est non minus admiratiōe dignum. Nam cum doceret scandalum proximorum euitandū adeo vt diceret: ve illi per quē scandalum venit: expedit eni ei, vt suspēdatur mola asinaria in collum eius ⁊ demergatur i profundum. vnde ⁊ ipse cū nō teneretur didragma a transeūtibus debitum soluit per quendam ex suis discipulis staterē scilꝫ quē miraculose inuenit in ore piscis hamo eiꝰ iussu de mari educti ne exigētes illud scandalizaret. Non visus est curare scandalum scribarum ⁊ phariseorum: quod sciebat eos habē de doctrina eius. Postremum est quare non scripsit tam magnificam necessariam ⁊ salutiferam doctrinam cum ꝓphete qui ei equari non possunt: scripto mandauerint suas ꝓphetias ⁊ moy. legem vt taceamus de his ethnicis qui libros impleuerunt suis scientijs. Sicut aristoteles ⁊ plato cum ceteris

Peregrinus.

Inquisitiones tue o cleopha humane sunt ⁊ ideo ratione exigunt vt menti satisfiat ne suspensa remaneat ⁊ in promptu occurrit. Nā quan

tum ad p̄mam cum messias q̄ dicitur christus fuerit datus a deo minister circūcisionis. i. p̄dicator iudeorū propter veritatem dei ad confirmandas p̄missiones patrū: decuit vt p̄us ipse et discipuli eius iudeis predicaret. Sic enim ostensum est per predicationem suam eis factam impleri promissiones factas antiquitus iudeis nō gentilibus. Dicit enim ps̄ in p̄sona eius: Ego constitutus sum rex ab eo super syon mōtem sanctū eius vbi. s. cōmuniter docebat: quia ibi erat templū predicās preceptum eius. Exinde que a deo sunt: ordinata sunt. Hic aūt est debitus ordo diuine p̄uidētie: vt diuina et spiritualia tradātur per viciniores deo aliis magis remotis sicut īferiores angeli illuminantur p̄ superiores: et per inferiores angelos: homines. Ut ergo aduent⁹ xp̄i ostenderetur esse a deo exigebat hoc debitus ordo vt iudeis qui erāt deo propinquiores p̄ fidem et cultum vnius dei p̄us doctrina christi preponeretur: et per eos quo ad apostolos et alios conuersos ex eis ad gentes transmitteretur. Demū cōueniens fuit sic fieri vt iudeis auferreretur calūniandi materiā. Oportuit ergo p̄us christi aduentum nunciari iudeis: ne iustam haberent excusationem dicentes: se ideo non recepisse eum: quia iuisset vel misisset discipulos suos ad predicandū gentilib⁹ et samaritanis. Uerū et si decuit prius christum et discipulos predicare iudeis: non tamen debuit omnino gētiles repellere: ne spes salutis eis p̄cluderetur. Et proter hoc aliq̄ gentiliū particulariter sunt ad missi propter excellentiā fidei et deuotionis eorū: quos nominasti et figurādū gentilitatis conuersationem cum maiori fide et deuotione q̄ habuerit populus iudeorum. Unde Isa. loquens in persona patris ad filium. s. dn̄m christum iesum inquit: Parum est vt sis mihi seruus ad suscitandas tribus isr̄l et sedes iacob cōuercendas. Dedi te in lucem gentium vt sis salus mea vsq̄ ad extremū terre quod fiet per discipulos suos. Quantum ad secundam inquisitionē de scandalo. s. in doctrina xp̄i. Scitote q̄ bonū q̄nto cōmuni⁹ tanto diuinius. Cum ergo salus multitudinis sit preferenda pauci quorūcūq̄ singularium hominum: quando aliqui sua peruersitate salutē multitudinis impediunt: non est timēda eorum offensio et scanda

desideret. Uis tibi de multis
pauca ꝯstringā. Non habebis
in cenobica vita esculentes da/
pes: non phasides aues: non vi
num creticū: non diuersitates
ciboꝝ afferrenſ pransuro: vt de
licatoꝝ more dicere possis: hoc
comedo: id non comedo. Non
erit tibi cibus quarūuis carniū
nec varijs nidoribꝰ fumabūt pa
tine. Sed cibꝰ grossior atqꝫ par
tior: potus austerior: longa ieiu
nia: stratꝰ durior: noctes insom
nes. Quid facies itaqꝫ iuuenis
delicatus: si qd in vita paupere
facile ꝯtingere pōt: esurienti ꝛ
longo iam ieiunio laborāti sto
maco appositꝰ fuerit panis fur/
fureus ac perexiguus et potus
aque. Recordabē: mihi crede:
delitiaꝝ quas in seculo reliqui
sti ꝛ appositas dapes oculo tor/
uiore respiciens cū nausea po/
tius propter necessitatē sumes
qꝫ cū delectatione saporis. Fri
goris vō iniurias qͣs magnope
perhorrescis: quonā pacto in
religiosa vita ꝑferre valebis?
Quid de somni quiete dicā: cū
medijs noctibꝰ iuxta ꝓphetaz
etiam hyemali frigore seuiēte
ad diuinā laudē surgere cogat
illa sancta ꝓfessio. Deniqꝫ non
erunt in monasterio qui tua fa
cessant imperitia: nec ꝑ domuz
discurrentes famuli: qui ad nu/
tum tuā impleant voluntatem
imo ꝓ maioꝝ arbitrio alijs ob
temperandū erit: ꝛ qcqd iussū
fuerit sine vlla cūctatione com
plendū. O mitto rumorē quem
de te cōcitabis in vulgo: ꝛ quas
de te fabulas vicinia cantabit
tota. Omniū enī tue ciuitatis
oculos in te suscitabis si hoc fa/
cias: ꝛ qd tibi maximo est dede
cori ac pudori si questus gratia
vt illi solent nōnunqꝫ: ꝑ vrbem
te vagari cōtigerit cunctorum
digito et sermone notaberis.
Hec o cipriane nō in eam ptez
dicta velim accipias: quo vel te
accedentē ad religionem sequi
velle recusez vel coner ab eo vi
uēdi munere reuocare. Nihil
hoꝝ me mouit o cipriane: vt ea
dicerem: nam abs te nisi morte
non diuidar: siue in heremum

siue in religionem excedas. At excitare te volui vt consideres diligentissime ac moderate decernas quid tibi conuenienti/us & accomodatius esse videatur. Pauca quidem complexus sum breuiter: nam multa sunt alia de quibus immensa eet oratio: que tamen prius tecum debes metiri: & cum tuis viribus cōparare. Didicimus eniz a seneca prius esse estimanda que aggredi volumus: & vires nostras cum rebus quas portaturi sumus comparandas. Debere enim dicit plus esse virium in actore q̄ȝ in pondere necesseq̄ȝ fore opprimere portanté onera q̄ eēnt maiora ferēte.

Cipri. Ego q̄dē o serapion q̄cūq̄ȝ absite di cunt ī ptē interpretor meliorē sed breuiter tñ cōstanterq̄ȝ respondenduȝ esse iudico: ne dissimulādo videar deterrit⁹ hac tua iactatione verborūȝ. Obijcis primum meam viuendi cō suetudineȝ: deinde religionis difficultatem: ac postremo vulgi: ac meorum ciuium denotationem. Clamo iniuriam o serapion: nam me nimium mollem ac delicatum virum facis q̄ȝ q̄ȝ tibi in fortitudine ac iulio fratri tuo qui satis presentans in armis habetur: cessi nunq̄ȝ. Sepe nāq̄ȝ vt meministi lusimus: luctatiq̄ȝ sumus: nec a vobis aliquando in terram p̄strastus vnumquēq̄ȝ vestrum semper deieci quod et frater tuus cum vehemēter mirabatur q̄ pe: qui & meipso exercitatior: vtpote versatus in castris & etate & corpore grandior videretur. Quid igitur mihi nūc ad religiosam vitam accedere. institutenti imbecillitatem corporis opponis quasi veliȝ pugnare cū hercule? Alia pugna me manet. Aliud certamen inq̄ȝ o serapion cum spiritualibus inimicis paratum est: in quo magis est mihi animi q̄ȝ corporis fortitudo necessaria. Istā vero neruorum ac virium maximam fortitudinem quaȝ mihi videris deirabere non religiosi regrunt: sed milites athlete: naute metallorumq̄ȝ fossores ac ceteri duro operi mancipati: quibus corporis robur necessarium est qui portant arma qui pugnis et calcibus sua inuicem membra debilitāt qui remos trahunt qui subuertant montes: & sub sudore & imbribus dormiūt. Ceterum religio ipa nō athletas: nō milites: nō nautas: nō fossores: sed ɔtēptorēs mundi desiderat: qui possit mente pugnare non corpore: q

vitia superet non tyrānos: qui coerceat cupiditates non leo/nes. Hanc animi fortitudinem religio in suis militibus requirit que nō amittitur per aduersam corporis valitudinem sed augetur. Unde & apostolus loquitur: Quando infirmor tunc fortior sum: & si exterior homo noster corrūpitur interior renouatur de die in diem. Qđ vo asseris de ciuibus me notatum iri: nihil mihi penitus cure est nec ciuium nec populi iudicia pertimesco: quibus satius est displicere vt deo placeam. Testē habeo conscientiam. Multitudinem autem valere sinā. Me si placet cum pphetis: cum apostolis: cum xpo: questuariū vocitent: nam & ipsi mendicātes erant: & stipem vnde vitam ducerent hostiatim q̄rebant. Ego nihil pendo vulgi estimationē nec vllus omnino sapiens stā/dum iudicio multitudinis arbitratur. Quinpotius vt verū fatear: hec satis me res mouit: vt ad eam religionem accedē/dum putarem: quo vel in hoc imitari possim vestigia salua/toris: qui cum in celo ditissimus esset: quippe qui omnium gentium omnium seculorū habet imperium: nostra pro redēptione pauper adeo fieri voluit: vt etiam alimentis necessarijs indigeret. Ad quā ob causam. Profecto vt intelligamus eius exemplo contēnendas eē diuitias: spernendam caducā gloriam: populares rumores non curandos. Deinde vero vt terrenis opibus expediti: ab ipo veram discamus sapientiam: vt lactātius ait: Qui quidem duo scilicet paupertatem ac diuine sapientie studium in ipa religione predicatorū fratrū me nācisci posse haud q̄q̄ diffido. Sed dicis: vt es homo facetus ad persuadendum concinn⁹: politus: profectus e scho/la: non habebis in cenobica vita esculentas dapes: non phasidas aues: non delicatos cibos: non vinum mulsum: at se/pe tibi ieiunandum erit: carnibus nunq̄ vescēdum: sed holeribus et leguminibus: cibisq̄ grossioribus: dormiendum durius frigoris iniurias proferendum. In his questionis tue totum pondus: hic totius negotij tui cardo versatur. Respondebo itaq̄ tibi o serapi/on: doceboq̄ multis exemplis nos sine his q̄s meministi: ci/borum delitijs facile posse vi/uere. Primum tamen satis admiror: quid mihi quasi me multum coquorum iura delectent:

totam pene coquinariã artem opponis. Ego aũt non mihi sũ conscius: adeo vnq̃ʒ hominũ ciborũ fuisse cupidũ: vt mihi de beas ventris ingluuiem obiectare. Uer sic esto feceris vt libet. Conabor iam tibi satisfacẽ ostendamq̃ʒ victus tenuitatem abstinentiãq̃ʒ ciborꝫ nõ modo sanitati nõ esse ꝯtrariam: sʒ maxime ꝯferre: nec minuere vitã nostram: sed facere longiorem Nõne qui egrotant añ ad meliorem non ꝑueniũt valitudinẽ q̃ʒ tenui cibo et castigato victu vetris onera deposuerint. Quibus igitur cibis ꝛ remediis recipitur sanitas: his etiam vt arbitror cõseruari põt. Nõne priuus o serapion: qui multo tꝑe podagre humoribus laborauit ante liberari non potuit q̃ʒ vinum ꝛ delicatos reliquerit cibos ꝛ ad mensam simplicem se contulerit: que certe non reliquisset nisi fuissent contraria sanitati. Irridet oratius noster appetitũ ciborꝫ: qui sumpti relinquat penitẽtiaʒ. Sperne voluptates: nocet empta dolore voluptas. Et cum in amenissimo agro in monte voluptuosorum hominum se crassum pinguẽq̃ʒ describeret lusit his versibus: Me pinguem ꝛ nitidũ bene curata cute vises cũ ridẽ voles epicuri de grege porcũ. Sed age o serapion agrediamur: si placet: exẽpla maiorum ꝛ videamus non esse difficilem carnibus abstinere. Xenephon ciri vitam octo voluminibꝰ explicauit. Eos libros cũ nuper poggius noster latinos fecisset legi diligenter atq̃ʒ: vt verum fatear: vehementer erubui: cuꝫ ꝑsaꝝ abstinẽtiã cũ nostra: idest christianoꝝ volui comparare Dicit eniʒ apud eos legẽ fuisse ne qs vnq̃ʒ nisi semel in die cibum sumeret eũq̃ʒ cibũ refert polentam ꝛ cardamũ ꝛ panem cũ sale. Lex item erat ne qs expueret: ne nasũ tergeret. Has enim supfluitates que generaſt ex cibi quotidiana corpis exercitatione ꝛ nimia victus tenuitate siccabant: quos tñ cõstat ĩ longissimã ire solitos senectutẽ Dicerarcus refert sub saturno idest in aureo seculo: cũ oĩa humus funderet nullum comedisse carnes: sed vniuersos vixisse frugibus ꝛ pomis ꝛ que sponte terra gignebat. Eratq̃ʒ apđ eos egritudo tã rara: nisi forte imbecillitas senectutis: vt neq̃ʒ medicus multo tꝑe inuenireẽ. Uideo mihi patere campũ latissimum si per multorꝫ velim exẽpla discurrere. Possẽ eni mlta narrare. Scripsit beatus hiero

nymus duos cōtra Jouinianū
libros pulcherrimos: in quorū
secundo hanc elegantissime ꝓ
sequitur questionē: ex quo etiā
ꝛ superiora nōnulla sunt ꝛ mul
ta que subijciā. Dicit ergo mor
bos saturitate nimia cōcitari: ꝛ
delitias epularūq; varietates
fomenta esse vitioꝝ. Diogenes
quoq; tyrannos ꝛ subuersiões
vrbium bellaq; vel hostilia vel
ciuilia non ꝓ simplici victu ho
leruꝫ pomorūq; sed ꝓ carnib⁹
ꝛ epulaꝝ delitijs asserit excita-
ri. Unde et triptolemus inter
ceteras leges quas cōdidit pre
cepit carnibus nō eē vescendū
Et orpheus vetustissimus poe-
tarū in carmine suo esum car-
nium penit⁹ detestat. Quodq;
mirandū est epicurus volupta
tis assertor omnes libros suos
repleuit holeribus ꝛ pomis: vi
libus cibis dicens eē viuenduꝫ
quia carnes ꝛ exquisite epule i
genti cura ꝑparant maioreq;
penam hñt in querendo q̄ȝ vo
luptatē in abutendo. Corpa aūt
nostra cibo tm̄ ꝛ potu indige-
re dicit ꝛ vbicūq; aqua ꝛ panis
sit ꝛ coetera his similia ibi na-
ture satisfactū qcq̄d supfuerit ñ
ad vite necessitatem: sed ad vo
luptatē expectare: Un̄ ꝛ ei⁹ apd̄
senecam fertur eē sententia pa-
nem ꝛ aquā natura desiderat.

Nemo ad hec paup est. Intra
que siqs desideria clauserit cuꝫ
ipso ioue de felicitate cōtendat
Euripides quoq; iouis pphās
in creta non solum carnib⁹: sed
ꝛ coctis cibis abstinuisse descri
bit. Ab eubolo vō q mittre scpsit
historias: narrant tria eē apud
psas magoꝝ genera quoꝝ pmi
qui habent doctissimi pret ho-
lus ꝛ farinā aliud in cibo sumē
dum oino non putant. A Ber-
dasane viro babylonio fertur
gymnosophistas quosdā quos
sammaricos appellat: tāte esse
ꝯtinentie: vt pomis arboꝝ: que
iuxta gangen nascunt fluuium
ꝛ solo farine cibo pascunt: atq;
cū ad eos rex eoruꝫ aduenerit
adorare illos solitus est pacē ꝓ
uincie in eoꝝ precib⁹ sitam ar-
bitrans. Legimus ꝛ esseos: qui
olim tertiā apd̄ iudeos fecerāt
sectam vxorib⁹ ꝛ vino ꝛ carni-
b⁹ semp abstinuisse ꝛ quotidia
num ieiuniū ferme in naturaꝫ
cōuertisse. Ab asclepiade vō et
eante scribit: tpe quo pigmaliō
in oriēte repugnauit esum car-
nium penitus nō fuisse. Posseꝫ
pictagore socratis ꝛ antistens
frugalitatē referre in ꝯfusionē
nostram: nisi nimis in longum
nostra oratio protraheret. Hic
antistenes: cū glióse rethoricaꝫ
docuissꝫ audiuissetq; socratem

de paupertate & ɔtẽptu delicia
rum disputantẽ dixisse fert ad
discipulos: Ite & magistrũ vob
querite. Ego enim iam inueni.
Statimq; venditis que hẽbat
ac publice distributis nihil sibi
plus q̃ paliolũ reseruauit paup
tatisq; perpetuus amator & imita
tor factꝰ est. Huius discipulus
diogenes fuit quẽ cum antiste-
nes a suo latere dimouere non
posset: nouissime claua minatꝰ
est: nisi abiret. Cui ille subiecis-
se dicit caput atq; dixisse: Nul-
lus tam durus baculus erit qui
me possit a tuo obsequio sepa-
rare. Itaq; in omni vita paupta
tis adeo sectator factus est: vt
nihil possideret oino. Sed in ho-
ram poscebat a quolibet & acci
piebat cibũ. Unde apd grecos
imeroiuos appellatus est: idest
homo vnius diei victum hñs
His addam exemplũ mirabile
qd tibi & ceteris si uere christia
ni sunt: ruborem inducet cum i
tellexerint se ab ethnicis supe-
rari Cheremõ stoicus vir elo-
quentissimus narrat de vita an
tiquoꝝ egypti sacerdotũ quod
omnibus mundi negocijs cu-
risq; postpositis semper i tem-
plo fuerint & rerũ naturas cau-
sasq; ac rationes siderum con-
templati sint: nunq̃ se mulieri-
bus comiscuerint nunq̃ cogna
tos & propinquos ne liberos q
dem viderint ex eo tẽpore quo
cepissent diuino cultui deserui
re. Carnibꝰ & vino se abstinue-
runt semper maxime ppter ap
petitus libidinis: q ex cibis et
ex hac potione nascunt. Pane
raro vescebant ne onerarẽt sto
macum. Et si qñ comedebãt tu-
sum pariter isopum sumebant
in cibo vt escam grauiorẽ illiꝰ
calore decoquerẽt. Oleum tñ
in oleribus nouerant veꝝ & ip-
sum parum propter nauseam &
asperitatem gustus liniendam
Quid loquar inquit de volati-
libus cum ouum quoq; pro car
nibus vitauerint & lac: quorum
alteꝝ carnes liquidas alterum
sanguinem eẽ dicebant colore
mutato? Cubile eis d folijs pal-
maꝝ contextum erat scabellũ
accliue & ex vna parte obliquũ
in terrã pro puluillo capiti sup
ponebant. Bidui triduiq; su-
stinentes inediam & humores
corporis: qui nascunt ex ocio &
ex mansione vnius loci nimia
victus castigatione siccabant.
Sentio iam me o serapion plu
ra dixisse: q̃ exemploꝝ patitur
consuetudo & a te non iniuria
posse reprehendi. Uerum hec
disserui de philosophoꝝ exem
plis: vt qui paupertatem & la-
bores religionis tam duros ar

bitraris:intelligas non esse dif
ficille sine delicijs ciborum pos
se viuere:cum tot gentiles ho/
mines in dura victus abstinen
tia vltro etiam vixisse cogno/
scas. Et illi quidem pro caduca
gloria nos pro eterna. Profer
rem etiaȝ de sanctis scripturis
exēpla si in illis hactenus exer
citatus fuissem. Narrabo tamē
tibi que nuper audiui a quodā
religioso viro sapientissimo cū
me presente quispiam cum de
ciborum abstinētia rogauisset.
Dicebat ergo primis genera/
tionis humane parentibus in
paradiso non fuisse preceptum
vt carnes comederent sed po/
ma ⁊ arborum fructus. Quod
certe deus non precepisset:qui
vite hominū consulebat nisi ex
illis humana vita sustentari co
mode potuisset. Esau auteȝ as/
serebat perdidisse primogeni/
ta propter cibum ⁊ impatiētiā
gule. Et filios israel egressos ð
egypto angelorum contēpnen
tes cibū:suspirasse carnes atqȝ
ob id multos e celo fuisse pcus/
sos penasqȝ dedisse. Unde ca/
nitur in psalmo: Adhuc esce eo
rum erant in ore ipsorum ⁊ ira
dei ascendit sup eos occiditqȝ
pingues eoruȝ. Dicebat quoqȝ
helyam prophetam cum dieb⁹
quadraginta ieiunasset transla
tum in paradisuȝ eoqȝ redijsse
per ieiunium:vnde adam fue/
rat eiectus per cibum. Danielē
vo ⁊ tris pueros in babylone
pastos leguminibus:pulcrio/
res ac sapientiores factos:qȝ
omnes qui de mensa regis car
nibus vescebantur. Quid ergo
mihi obijcis religiōis abstinē/
tiam:quasi sine carnibus ⁊ sine
fumantibus patinis viuere nō
possim? Cito expletur nature
necessitas:frigus ⁊ fames sim/
plici vestitu ⁊ cibo expelli pōt.
Ideo dicit apostolus: Habētes
victum et vestitum his contēti
simus. Tales igitur ac tantas:
in religiosa vita sumunt escas
quantas qualesqȝ humane vite
vel necessitate satis esse indica
uerint:quibus nō oneretur cor
pus nec libertas animi pregra
uetur:nam sapientie conueni/
enter operam dare non possu/
mus si de mense copia cogite/
mus. Non tales proinde acci/
piunt cibos:quos aut difficul/
ter digerere aut comestos ma
gno partos labore quasi perdi/
tos doleant. Holerum vero et
leguminum ⁊ pomorum ⁊ faci
lior apparatus ⁊ arte multa nō
indiget:impēdijsqȝ quo quorū
ac etiam sine cura sustentat hu
manū gen⁹ modertec sumptus
q: nec auide deuoraī qui irrita

menta gule nō habet: ꝛ leuiori digestione coquitur. Si autem herculeas vires holera nō ministrant qd necesse est viro religioso tantā hēe fortitudinem quā qui habuerit nōnūq̄ etiā ad vitia ꝓuocenť. Illi arbitranť carnes sanitati ꝯgruas q volūt abuti libidine: qui in ceno dimersi voluptatū: nō pñt nisi de ventris ingluuie cogitare. Religioso viro sanitas absq̄ viribus nimijs satis abundeq̄ʒ est. Putat eniʒ esse melius animā saginare q̄ʒ corpus. Nō igiť te terreat o serapion ieiuniū aut carnium vel delicatoꝝ ciboꝝ abstinentia. Multos eniʒ ipse vidisti: qui cū in maximis delitijs domi intra tot seruoꝝ obsequia vixissent: ac infirmi pene semp fuissent translati ad religiosam vitam breui tpe conualuisse: ex qbus neminē mihi necesse est nominare: tu tecum recordaris. Nec turbare nos debet si rari sint huius ꝓpositi sectatores: qꝛ rari sunt casti: continentes ꝛ sancti: sempq̄ virtꝰ rara est. Sʒ fac etiā o serapion nobis sit in religione vita breuior: nōne adhuc melius e citiꝰ optime mori q̄ʒ male viuē diu. Refert inqt seneca: q̄ʒ bene viuamꝰ non q̄ʒdiu. Et satis viuit qui bene viuit. Deniq̄ʒ cum ad ppetuam felicitatem oīa semp retulisseʒ nec qcq̄ʒ fine ea expetendū esse homini in vitā putaſ sem non solum religionis labores ac molestias: sed nec ipsam mortē: quā etiā virgines athenis regis oppinoꝛ herethei filie pro patria contēpsisse dicūť ego pro celesti patria ꝛ pro btāglia timenduʒ indicaui. Quid enī habet ista vita cōmodi. Nōne vides q̄ʒ misera his mūdanis rebꝰ est annexa ꝯditio? Oēs primo pauperes nascunť: ꝛ nudi ꝛ in hāc lucem flentes egredimur imbecilles ꝛ debiles et aliene opis idigētes. Hoc oēs edimur ꝓncipio: cui totus ānorum sequentiū ordo consentit. Cum vo adoleuimus nō modo non liberamur molestijs ſʒ maiores incurrimus. Aliū ad quotidianū opus vocat inopia: aliū honoꝝ ambitio nunq̄ʒ qeta sollicitat. Qui aūt diuitias q̄s optauerat: nō sine mille periculis nactus fuerit suo tandē labore voto: ꝛ semp metuit: ne illas āt predo violenter eripiat aut auferat publica ꝛ repentina proscriptio aut fur nocturnus inuadat. Alium sollicitudo aliuʒ labor excruciat. Hic habere se dolet liber os: qm̄ aut eos nutrire non pōt: aut qꝛ ꝓdigi ac factiosi sunt: rei domestice plus damni

affertur q̃ cōmodi: plus paren tibus dedecori sunt q̃ honori. Alius non habet q͏ incredibili desiderio suspirat habendi. Alter vo bonos habuit: sed illos per/ didisse deplorat. Deniq; pona mus cuncta nostris faueant vo tis et nobis abunde suppetant bona fortune prosperisq; succes sibus gaudeamus: certe tñ oīa ista tpalia bona que nos fallaci voluptate delectat honores: pec cunie: fasces: potentia: pulchra cōiunx obsequētes libri aliaq; cōplura: ad que semp ardet hu mani generis ceca cupiditas: summo cū labore possident: cū invidia ɔspiciunt ⁊ qm̄ lubrica ⁊ incerta sunt hñtes ne amittā tur metu ɔtinuo ɔficiunt ⁊ in credibili cura illisq; plus minā tur q̃ prosint. Sicq; si recte cō spicimus: oīs hec mundana vi ta suppliciū est. Nūq; stabili cō sistimus loco pendemus ⁊ flu/ ctuamus sempq; timemus. Et i hoc tam proceloso mari mūdi huius ⁊ oībus tempestatibꝰ ex posito navigātibꝰ: nullus quie/ tis portus: nisi religionis est. Mihi credite is beatior iudi cabit: qui contēpta despectaq; fortuna rebusq; caducis se i eo tranquillitatis portu receperit Cum igit hec ita sint qd ampli us o socij cum hac mutabili va riabiliq; fortuna mutamur? Quid in his cecis tenebris q̃si compedibus illigati manemꝰ. An non adhuc videtis q̃ sit la bilis vita nostra: q̃ fallax: q̃ in sidiosa? Quotidie enim mori/ mur: vt qdā sapiens ait: quoti/ die latenter demitur aliq̃ pars vite. Et tunc quoq; cū crescimꝰ vita decrescit. Infantiā amisi/ mus: deinde pueritiā: deinde adolescentiam agimus vsq; ad extremū: qcqd transijt tēporis perijt. Nūc ipm quē agimꝰ diē cum morte diuidimꝰ vnde ca/ nitur a nasone: Labitur occulte fallitq; volatilis etas. Et nihil est annis velocius. An forte cō fiditis: q͏ in presentiarū arride/ at ipsa fortuna? Sz mihi credi/ te breui nos dseret. Fortunatis simus fuit metellus fortunatus marcus crassus: sz oēs fortunas simul tandē dimiserūt cū vita. Deseramus ergo illas a quibus certe velimus nolimꝰ breui ipe deseremur. In mentē quoq; ve niant aduersa que nup in illa tē pestate passi sumus. Oēs pene naufragium fecimꝰ omnes ad mortē coacti: vix ex illa tandē euadere potuimꝰ. Scitis q̃ ca rum tunc sodalem amisimus. Ualerium dico nostrum: cuius nunc etiam angor absentia: de/ siderio torque or priuatiōe con

tristor. Is cum floreret etas sa/
neret fortuna arrideret prospera:
in fluctibus naufragus est ex/
tinctus: vix tandem nactus in
extremo littore sepulturā. Ma/
le que etiam ipsi: arbitror: perdi/
ti fuissemus: nisi ad hoc proui/
dētia diuina seruasset: vt in san/
ctissima religione fructum ali/
quē faceremus. An igitur tan/
tis iam tēpestatibus quassati ve/
xati que: hinc fugere dubitabimus?
An tot periculis: que in mūdo
sunt: que que et ipsi experiri cepi/
mus nos iterum exponemus. Re/
uocate queso ad mentem quod
a nostro comico dicitur. Impro/
be inquit neptunum accusat q
iterum naufragiū facit. In regno
fortune et quid duro si permane/
bimus indigna et aduersa mul/
ta passuri sumus nobis crude/
liter et cōtumeliose abuteretur.
Itaque eo nobis si sapimus demi/
grandū est: vbi dubios fortune
casus floccifacē possimus. Quid
si vosipsi negligitis nec volue/
ritis secundum ea que vobis a me dicta
sunt viuere: nihilo tamen minus ip/
se non desistā nec ab hoc diui/
no: vt ego arbitror: munere et
vobis diuertentibus reuocabor.

Sera. Dici non potest
quam sim hac ratiōe
tua delectatus vel potius adiu/
tus. Et si mihi vt verum fatear
non sim conscius me multum
huius mundane vite vnquam cu/
pidum fuisse: tamen obijciebat
animo de religione cogitanti
metus quidam et veluti quadā
diffidentia propter difficulta/
tem religionis atque labores: tū
etiam parentum nescio quis mol/
lis affectus et dulcis veterum ami/
corum cōuersatio durum que ni/
mis videbatur his aliquando
carere: cum quibus semper fa/
miliariter vixissem. Hoc genē
tentationis sic: mihi crede: sum
liberatus: vt nihil de his peni/
tus curandum putem. Si enim
hec vera sunt que narrasti ma/
gna mihi spes est: cum illuc per/
uenero: quo nunc proficisci vo/
lumus: eius animi quietatiōis
atque voluptatis compotem fie/
ri cuius gratia cetera omnia flocci
pendere debemus.

Cipria. Mi/
nime mirum est: si sese per multa
opponant similia ad religionē
pergere volenti. Hoc enim nō
humane virtutis est sed diuine
pietatis maximumque dei minus
quod non omnibus passim sed
electis quibusdā quos deus am/
pliori dilectione prosequitur con/
cedi solet. Sed iam thomā au/
diamus. Uidetur enim iam du/
dū: nescio quid: si/
gnificare velle.

Tho.

Et quid putas aliud o cipriane q̃ vt tuam confirmem ratõez.

Ciprianus. Ita q̃dem et ipse rebar o thoma te facturum: nã certius aliquid q̃ ego de religiosa vita potes afferre quippe qui cum religiosis viris sepe diuersatus fuisti.

Tho. Pergo iam vobis explicare o amici: que mihi de beata religiosorũ vita sunt cõperta q̃uis per multa abs te o cipriane verissime ac illepide dicta esse videantur. At primum ni moleste feratis referam vobis historiam infelicitatis mee. Neq̃ erit vt ego coniecto vobis inutilis. Itaq̃ si scire curatis. nec me cum fastidio audituri estis eam vobis breuiter narrabo.

Ciprianus. Curamus maxime o thoma nec modo cũ fastidio sed potius summa cũ attentione atq̃ cum voluptate referentem audiemus.

Thom. Cogitauerã igitur mecũ ipse iamdudũ propter varios incertosq̃ casus quibus in hoc mũdano statu subiecti sumus: ac tam multa tormenta fortune me aliquãdo huius vite solicitudinibus liberare ⁊ ad aliquẽ quietiorẽ viuendi modum beatiorẽq̃ transferre vbi ⁊ dubios fortune casus si acciderẽt cõtẽnere possem: ⁊ futura post mortem supplicia nõ timerẽ. Verũ cũ ad religionis statum me cõuertissem: approbabã quidem eã vitam omnibusq̃ mũdanis rebus anteponẽda videbatur. Sed permulta me reuocabãt ab eo munere: nam si eius labores plurimos: vigilias: ieiunia dormiendi asperitatẽ: abstinentiãq̃ vescendi: ⁊ q̃ omniũ durissimũ est perpetuã subiectionẽ: ceteraq̃ id genus in mentẽ reduxissem: incipiebã mei corporis imbecillitatem: fragilitatẽq̃ extimescere: nec fieri posse rebar: vt humanum corpus eas carnis molestias atq̃ afflictiones sustinẽ posset: cũ natura corpora hominib⁹ infirma dedisset: eaq̃ morbis ⁊ egritudinibus doloribusq̃ subiecta. Verebar preterea multorũ hominum vanissimam opinionẽ qui eos qui ad religionis, paupertatem ꝯtẽptis terrenis opibus emigrant: ignauos: abiectos: humiles: et parui animi estimare solent: audentq̃ vituperare vitã quã si saperẽt imitari cõplectiq̃ deberẽt. Sꝫ hic error vt opinor: ⁊ hec indoctorum animis est obfusa caligo:

qui nihil dignū: nihil sanctum nihil supra se respicere possūt: sed pecudū more in humum de/pressi: sola terrena p̄ntiaq3 me ditant. Hic igit timor me mul/tis dieb9 ptinuit: ne aliū vivēdi modū p̄ter eū quē domi habe/bā desiderarem. Cruciabar tū aīo ⁊ me cogitatiōes varie qui escere nō sinebāt. Interi3 pau/lus collega me9 adolescēs nobi lissimus atq3 ditissim9 cu3 quo a puero nutrit9 fui: p̄tēptis om nibus que habebat religiosus ē factus: cuius mutationem nō solū homines: sed ipa vrbis te/cta mirari visa sunt. Ego q3 vt ve3 fatear: tūc vehemēter ido/lui mecū cogitans: q tali essem orbat9 amico: q̄ mihi nemo vn q̄ familiarior in oī vita fuisset Illū enim amabā plurimu3: ab illoq3 piter amabar. Itaq3 cōti nue deplorabā: nō illū q̄de: sed me ac fortunā meā qui nō me/ruissem eius p̄nceps p̄uersatio nis atq3 p̄positi fieri. Nisi fer/go ad eū pluscūlis post diebus franciscū adolescentē p̄sobrinū meū q postea vt scitis illū secu/tus ē: quo ab eo pcunctaref: qd facturus essem his de reb9 q̄s apud me dimiserat: iuberetq3 quid fieri vellet: nam forte tūc aberā cū ip̄e ad religionem ac cessit Cūq3 abijsset ille ac loquē

di facultas cū viro sibi data eēt mittit inquit o paule ad te tho mas: vt postq̄3 icōsulto eo te ad hāc vitā trāsferēdū eē putasti: significes qd de pecunijs tuis rebusq3 alijs que apud ip̄3 sunt disponi iubeas. Tum subridēs ille vt erat vir iocūd9 ⁊ q̄3obrē igt amic9 ip̄e nō venit vt me sal tē viseret. Qua tādē cauā? Ni/hil ingt fräciscus mea scire re/fert tm̄ qd officij mei ē feci. Cō plevi qd iussum erat. Velim m̄ scias post in hūc locum venisti nunq̄3 illū potuisse gescere: ma gnāq3 cōmotione3 animi atq3 merorē ore atq3 vultu vestiūq3 mutatiōe oib9 ostēdisse. Sed si tibi cure ē habere me quid re/spōdeā thome: qū ex me, quesie rit: cedo mihi qd opo3teat di/cere. Dices ingt illi o francisce vt oīa p fideles portatores mit tat in celū: qm̄ ⁊ illuc ip̄e p̄pero vt eo mea sarcina me p̄ueniat mea que supellex: quo ego quo/q3 festino quantū valeo. Nōne ita hoies ceteri faciūt: quando volūt mutare domiciliū. S3 pu to adhuc te nō intelligere. Nō equidē ingt o paule nō multū. Dicito inquit o frācisce dicito thome: vt paup̄ib9 vniversa di stribuat. Habes ne? Habeo in/quit o paule. Hec igif frācisce thome nostro responde ⁊ vale

re iube: ⁊ si sapit vt me sequat.
Migraui enim vt mihi videt
ex maxima tẽpestate ad paca/
tissimũ portum ex inimicoꝝ ca
stris ad firmissimuꝫ munitũqꝫ
presidiũ ex improborũ multitu
dine ad bonoꝝ societatẽ ex mũ
di deniqꝫ colluuione ad para
disum. Qualia inqt frãciscus o
paule mandas amico: ex his q̃
ab eo intellexi arbitror facile il
li psuadebis. Uale ⁊ ego ita fa/
ciã referãqꝫ thome. Et tu inqt
paulus o francisce vale ⁊ anite
re etiam ipe: vt te quoqꝫ ex his
mũdanis periculis liberes: ac
me sequare. Hec igitur o socij
cũ audiuissem vitã prius muta
re in animũ duxi: nã timor ille
quẽ prius habueraꝫ penit⁹ me
reliquerat: qñqdeꝫ vanũ illum
fuisse ex pauli cõuersione vidi
cissem: q cũ me multo delicati/
or eẽt ⁊ in hac vrbe cuiq̃ꝫ secun
dus nõ haberet: rumorẽ popu/
li non curauit: nec labores reli
giõis extimuit: q potiꝰ sanior
i religiosa vita viuere videt q̃ꝫ
ante. Intelligo igit iã religio/
nẽ ipaꝫ diuinã quãdaꝫ habere
vim. Itaqꝫ q̃ꝫ secreto poteram
me domesticis curis liberare
conabar. Accidit interiꝫ vt pr̃
me⁹ migrauit e vita: cui⁹ mors
⁊ mihi orbitatẽ ⁊ mr̃i viduita/
tẽ reliqt. Qua ex re multis diẽ
bus detentus fui ne psequerer
ppositũ meũ. At cũ tandẽ non
destitissem: qn me his laqueis
anniterer liberare ac de mun/
do aufugere: sensit me mr̃ talia
moliẽteꝫ: ac ꝑus p ppinquos ⁊
amicos me diuertere conabat:
dehinc vo nihil pficiẽtib⁹ illis
ipa me comprehẽdẽs duxit in
cubiculũ ⁊ laxatis fontibus la/
chrymaꝝ addebat verba cũ ge
mitu: que magis eẽnt miseren
da q̃ꝫ lachryme. Sed cũ illã vo
ciferantẽ atqꝫ plãgentẽ ꝯsolari
cepissem: vix a singultib⁹ paulu
lũ se cõtinuit. Uerũtñ illã vio/
labãt lachryme ac largiter flue
bãt. Itaqꝫ puoluta genib⁹ roga
bat: ne se desererẽ: ne se secũda
viduitate circũdarẽ. Ego inqt
fili nup priuata sum solatio pa/
tris tui. Ita qppe deo placuit.
Defuncti fuerãt pauloante duo
fratres tui pulcherrimi adhuc
paruuli ⁊ in etate admodũ im
matura: quoꝝ educatio si viue/
rẽt prestaret solatiuꝫ solicitudi
ni mee. Nunc vo te pter supest
nemo: q huic mee possit eẽ sub
sidio senectuti: nec aliud i sola/
mẽ relictũ ẽ. Neqꝫ enim mihi
modicã ꝯfert ꝯsolationẽ i erũ/
nis meis tuã iugiter faciẽ intu
eri: in qua mihi viuens imago
custodit defuncti certissima vul/
tus illi⁹ ipressiõe figurata. Hãc
m

igitur vnam peto gratiam: ne
calente adhuc corpusculo pr̄is
tui miseram matrem perpetuo
tradas merori: nec luctum ve-
luti soporatum rursum excites
imo ne mihi mortem inferas
imaturam: & ante tempus ad se
pulchrum me ire cōpellas. Su
stine finē vite mee qui post mo
dicū fortasse tempus eueniet.
Iuuenibus eūdi in longissimā
senectutē: vt ait grecus ille chri
sostomus: senibus v̊o nil aliud
licet expectare q̄ȝ mortem. Cū
ergo me terre dederis: ossibusq̄ȝ
pr̄is tui miscueris: ito q̄ȝ lon
ge voles: nauiga quod libuerit
mare. Non erit tunc qui possit
obsistere. Hec & his similia mul-
ta mat ingessit vociferans atq̄ȝ
seipsā excrucians. Ego quoq̄ȝ
cum nequirem lachrymas con
tinere surrexi. Neq̄ȝ enim mihi
ferreum pectus erat: nec saxeū
cor: nec adamantina precordia
Sed illa vtraq̄ȝ manu me com
prehendens atq̄ȝ multo magis
ingemiscens ac vociferans: te-
stor inquit deū sanctosq̄ȝ oēs:
q̄ vel hic ante pedes tuos ani-
mam expirabo: vel mihi certā
manendi spem dabis. Itaq̄ȝ
contestatus sum atq̄ȝ pollicitus
me illam quoad viueret nunq̄ȝ
relicturum nec ab eius vnq̄ȝ la
tere discessurus. Hec igitur cā
meum diu impediuit proposi-
tum vel potius retardauit. Ue
rum cum mihi esset aut medio
cris familiaritas cum quodā
religioso viro sene ꝓbatissimo
atq̄ȝ doctissimo ex ordine p̄di-
catorū fratrum ad illū sepe ven
titabam referebāq̄ȝ omnia: qui
me optime hortari & inflāma-
re ad mūdi cōtēptū despectūq̄ȝ
rerū sollicitus erat. Cū v̊o domi
me dieb9 plurimis cōtinuissē:
nec verecundia ductus postq̄ȝ
matri me deuinxerā: vt solebā
prius venissem ad hoiem: ille
vt erat prudentissim9: suspicat9
est dolū accersitūq̄ȝ me dextera
manu me cōprehēdēs iuxtaq̄ȝ
assidēs rogauit quenā eēt hui9
mee absentatiōis cā. Narraui
tandē nō sine multo rubore: qp
pe q male pollicitatiōis mihi
eram conscius: quid a matre
passus fueram quidq̄ȝ ipsa non
iam impetrasset q̄ȝ extorsisset &
quas in animo fluctuatiōes su
stinerē exposui. Ille autem nō
turbata facie: sed vultu serenis-
simo quasi subridens: videbat
enim me rubore suffusum: non
te inquit fili frangat res ista. Et
nos maiora vidimus: ac simil'r
per ista transiuimus. Sine ma
trem valere vel si mauult plan
gere. Tu modo tibi cōsule sem-
piterneq̄ȝ saluti tue. Habet ma
ter plurima solatia senectutis:
obsequentes famulos ancilla-

rumqꝫ greges amplissimū pa trimoniū. Sed hec sunt fili ca rissime machinamēta diaboli q̄ sitibi añ pdixerā: nā p hunc modum aduersarius in pecto re tuo xp̄m conatur occidere: atqꝫ vt hieronymus ait: Dona tiuū quod militaturus accepe ras hostilia castra suspirāt. At tolle queso attolle multū: ⁊ ocu los ad celū eleua: vide qꝫ dilige̅ ter a quibus te muneribus co netur diabolus his matris la chrymis reuocare: ⁊ q̄ʒ calide palmā victorie e manibus tuis nitatur auferre. Iā fili cū ꝓpin quis ⁊ amicis fortiter dimica sti: iā in primo belli ꝯgressu cō stātissime pstitisti: iā hostiū cu neos nouus tyro vicisti inimi cos plurimos supasti: vltimus qꝫ nunc expectatur de hoste tri umphus. In palestra cōstitu tus magnā spem cōsequēde vi ctorie omnib⁹ attulisti: magnuʒ deo gaudiū ⁊ angelis prebuisti omnesqꝫ celites ⁊ beati spirit⁹ nūc expectāt: vt coronā accipi as. Per pugnam enim ad pal mā: p palmā ad victoriā pueni tur. Nec te debet mouere qꝫ matri ꝓmisisse videris: cū ma ior sit impietas male promissa seruare: q̄ʒ scelus ante fuerat ꝓ misisse. Quod si qs forte arbi tratur fuisse illud pietatis vbe mēter errat ⁊ maxime fallitur Que enim pietas est celestē pa trē relinquere a quo qcqd hēs accepis: vt sequaris carnalem matrē: a qua nisi caducū corp⁹ habueris ⁊ peccati sordib⁹ ino lutū. Ha scelus indignū deū vo cātē ꝯtēnere: ⁊ ad mortalē attē dere creaturā. Cōtradicē crea tori ⁊ iperijs femineis obedire Quid putas fili charissime ti bi dicet iudex inexorabilis in die illa: qua oēs astabim⁹ ante tribunal xp̄i: vt referat vnusqs qꝫ put gessit i corpe: siue bonuʒ siue maluʒ: si nūc volueris mīi tā ipia ꝓmissa suare. Te enim tūc astātē cū ceteris rogabit iu dex. Thoma qd petis? padisuʒ inquies dn̄e. At ille te turbata facie: toruis oculis: ac minaci frōte respiciēs voce turbida re spōdebit. Ab illa debes p̄miū retributiōis expetē: cui⁹ sp ipio paruisti. Ecce ego te vocaui: vt mihi i religiosa vita spūale ser uiciū exhibēs: vocauit ⁊ mr̄ vt illi⁹ cōmodis deseruires illā de cō tēpsisti: illā secut⁹ es. Ego vnaʒ salutis viaʒ: vt p eā gradereris ostendi: illa te vt per aliam que est perditionis ⁊ fraudis: ince deres incitauit. Sed illi obsecu tus es: me vo spreuisti. Et mihi quidem te inspiranti ad tutissi mū religionis portū diu ⁊ mul

to tpe restitisti. Illi autez breui cessisti te ad tempestatez seculi reuocanti. Extra te etiã nolentem & quodãmodo repugnãtẽ ad finũ quietis adduxerã illi te sponte obtulisti ad mundi naufragia reducere cupienti Non enim te ligauit sed rogauit: nõ vim intulit sed precata est: non clana minata est: sed q̃relas muliebres exposuit: non te verberibus sed verbis mollioribus pellexit ad seculuz. Et illa pro te lachrymas fudit: ego sanguinem Illa terras peragrauit & maria ego de celorum sublimitate descẽdi. Multos pro te illa ptulit labores ac molestias: sed non vincula: non fragella: non ludibria nõ deniq̃ acerbissime mortis obprobria. Et illa multas pro te peccunias & facultates exposuit: ego vitam: & tñ apud te plus valuit mortalis illa q̃ ego: plus dilexisti feminaz q̃ deum. Ab illa ergo posce mercedẽ cui tã to semp studio parere curasti. Hec o thoma & huiusmodi silia tecũ in mente versare: cogitaq̃ diligenter qd sis indici respon surus. Que oĩa & alia multa cuz sanct⁹ senex ille retulisset: fecisset q̃ dicendi finez: ego suffusus lachrymis nil amplius tunc respõdi: q̃ demisso capite: ora iquã pater pro me. Et simul his dictis lachrymãs abibam. Ille aũt me intuens vade inquit fili & cras summo mane me visere non graueris. Ueniam inq̃ o pater. Igitur cũ per matris lachrymas a pma spe decidissem secundã nauigationẽ agressus sum. Censui deniq̃ cũ iam expertus essem amicorum ac propinq̃rum maximeq̃ matris tentationes cauendũ fore: ne mihi idem iterato accideret qđ prius: nec eẽ vnq̃ huiusmodi cõsilia cuiuis homini manifestanda: sed sine strepitu perficiẽda. Ita ego ex eo die putaui ac facere ꝯstitui. Uerum q: vos opinor quãtũ ego coniectorum eiusdem mecũ esse ꝓpositi statuistisq̃: vt mihi videtur: beatam vitã religiosorum sequi: philosophiamq̃ verã: necesse est vobis: totum desideriũ qđ olim parturiebã effundam.

Lipia. Maxime maxime statuim⁹ o tho ma.

Hera. Ita mihi deũ velim propitiũ sicut iam religiosus fieri desidero nec vlla res ẽ quam magis optandam putem.

Tho. Igitur cũ postri die venissem ad senẽ plurima mihi de religiosorum cõuersatione narrauit: plurima ipse meis oculis vidi: ex q bus pauca breuiter strictimq̃

describam. Prima iter eos: vt coniectari potui: cõcertatio est obedire maiorib⁹. Nec suo priũ arbitratu: ac dictione viuere: sꝫ qcqd fuerit a maiorib⁹ impatũ sine cũctatione summa cum alacritate conãt explere. Hĩt sem per alimenta cõia: vestesqꝫ ⁊ reliqua necessaria: prout cuiqꝫ sat est iuxta traditionẽ aplicaꝫ singulis distribuunt ab eo: cui id officiũ est cõmissum. Ita cuius iter est vniuersa moderat vt nemo: qd postulet: nemo sit ꝑ seipso sollicit⁹ ⁊ tñ nemo debabeat. Nec cuiqꝫ oĩo licet dicere meã tunicã meũ codicẽ: meã cellam. Nulla intra eos sunt iurgia: nemo querit: nemo musat sed acceptis rebus est quisqꝫ cõtent⁹ Sũma in illis pax: summa charitas ⁊ oĩbus preponenda voluptatibus animi desiderata ⁊ beata tranquillitas. Ceterũ qꝫ letanter e vita discedant neqꝫ cicero si adesset: neqꝫ demostenes posset explicare. Affui nuper ipse o socij cum ex illis quidam moreret: aderãtqꝫ fratres oẽs canentes psalmos. Uidi cũ ibi adessem admirabile quoddam nam tanta inerat hilaritas morienti: tanta ex illa sua migratione iocunditas: vt lachrymãtes multos quodam vt fieri solet pietatis ⁊ charitatis affectu fletum continere iuberet: diceretqꝫ vicem suam ab eis deplorandam vllo pacto nõ esse: qñ quidẽ ad meliorẽ vitã emigraret. Rogatus võ an timeret se nunqꝫ a deo secuꝶ fuisse rñdit. Arbitrari enim inqt oportet si vere sum⁹ religiosi: nos ad deũ post mortẽ ire ⁊ ad angelorum choros cetumqꝫ sanctoꝶ oium proficisci. Nonne huius felicitatis grã laboramus in religione ⁊ affligimur: ⁊ vltro etiã penas damus. Nõne in tota vita bene agere atqꝫ niti cõsueuim⁹ vt ad eos tandem beatos peruenire possimus? Igit valde ridiculum foret ita se in vita comparasse semperqꝫ ita vixisse: postea a morte adueniente turbari Si laboram⁹ ĩ vita ⁊ a voluptatibus corpis separamur vt post mortẽ premio ⁊ corona donari valeam⁹: cur terreamur ⁊ moleste feremus cum id fiet? Nonne summa essꝫ absurditas si nõ libenti animo illuc tendamus: vbi cum peruenerimus spes ẽ eo qdem quod in vita tantope desiderabam⁹ potiri eo võ qđ moleste ferebamus penitus liberari? Nonne vt ait socrates in phedone: ex humanis qdeꝫ rebus parẽtibus vxoribus aut filijs decedentibus: multi iam sua spõte voluerũt iferna adire

putātes illic vidēdi ⁊ cōueniē
di eos: quos amabāt in vita si
bi fieri potestatē? Quod si ita faci
unt illi: qd religiosius: qd ver⁹
amator dei ac sanctorum: An in
hāc ipām spem adduct⁹ se ad de
um pfectum: si moriat̄ aduentā
tē mortem moleste ferret: ⁊ nō li
bēti aīo migrabit e vita. Itaq
fratres id vobis dicā: qd quidā
d se sapiēs dixit: Nemo lachry
mis me decoret nec funera fle
tu faxit. Is igit̄ o socij mihi ei⁹
facta verbaq̄ ꝯsiderāti: cum de
cederet e vita pbeat⁹ maxime
visus ē: sicq vnq̄ alter ita secu
re generoseq moriebat̄: vt vi
deret̄ nō sine diuina sorte pfici
sci: nec ad mortē ire: sed in celū
pgere: vbi esset multis bonis ⁊
maximis fruiturus. Horum er
go grā que memorata sunt: iam
ego nō curās rumores populi:
⁊ iperite multitudinis voces:
sed finē vite ꝯsiderās conabor
reuera q̄ maxime potero bon⁹
religiosus viuē atq mori. Hor
tor aūt atq inuito vos quantū
possum ⁊ reuoco ad huius⁹modi
vitā. Ea est. n. ad celos tuta bre
uis ac facilis via cui⁹ in finū: vt
vos ocius ꝯferatis: ac in eūdem
trāquillitatis portū: ex his gra
uissimis casib⁹ magna iam tēpe
state iactati ꝯfugiatis exhortor
Si enim pleriq philosophi tm̄

humane sapientie studiū contu
lerūt: vt, omnib⁹ reb⁹ posthabi
tis totos se ad exquirēda natu
re secreta collocarent: et patria
parentib⁹: diuitijs despectis to
tā in eo studio curam operāq
posuerūt: cur vos nō pro inani
philosophia: sed p diuina nan
ciscēda sapiētia que vobis sit i
mortalē gloriā pitura nō ista li
bētissime facietis. Nec vlla vos
debet religiōis terrere difficul
tas. Ipsa quippe p se satis facilis
ē: cū multos nobiles viros ⁊ in
paterna domo: prius in maxi-
mis delitijs enutritos in ea et
diu viuere: ⁊ sanos ac letos du
rare videam⁹. Que etiā si esset
durior aspiorq q̄ sit certe gra
uē illā estimare mīme debere-
tis ppter spem imortalitatis q̄
sequit̄: ppter quā ꝯtēnēde res
humane sunt patibiles ⁊ labo
res ⁊ dolores putādi: ⁊ si deus
iusserit: mors ipā ⁊ suscipienda
ē ⁊ ferrenda. Nōne aīaduertis
quātos labores hoīes patiant̄:
vt ea sibi possint cōpare qbus
hec vita breuissima cōmode va
leat sustentari. Impiger extre
mos currit mercator ad indos
p mare pauperiē fugiēs p saxa
p ignes. Quid vero vos face-
re debetis vt acquiratis regna
celorum. Nō enim putādū ē sum
mā felicitatem sine labore vllo

posse constare. Sed cur longi us nostra vagat oratio? Quid adhuc differo meū vobis consi liū reserare. Ego enim pedem vnū vt dici solet in ipa religiōe teneo atq; vti spero cras vespe ri totū me religiosa vita tene bit q̄q̄ id sciat nemo p̄ter pri orē ac monasterij patres: nam q̄ secreto potui mea cōsilia cū illis habui resq; ad hocvsq; de ducta est: vt crastina die me in cetu recipiant suo. Nec vos ve lim vlla teneat admiratio si h̄ vobis ante nō aperui cū mihi huiusce rei manifestatio iā pri mo piculū fecisset. Uos tamen inuito ad hoc ipm ac puoco et si sapitis: vt non amplius diffe rendū putetis. Multa enī eē solēt in dilatione picula: vt ego q̄q̄ nup experiētia doctus per hibui testimoniū. Tolle moras inqt ingeniosus poeta semper nocuit differre paratis. Persi ciatis igit̄ id q̄d tantope nunc optare videmini: mecūq̄ sum mo mane ad monasteriū veni atis: vt vna illā beatā vitā vine re incipiamus: in qua mortem ipam minime formidabimus. Mortē enim q pie recteq; vi xerint consisi conscientie bono nō metuunt quin sperant illā ad celum sibi ducem futuram. Sinamus opiniones hominū

nec penitus curemus eorū iu dicia: qui vitiorum sordibus i buti volunt de virtutib⁹ iudica re. Sicut enim floccipenden da sunt iudicia febricitantiū qui palatum atq; linguā ama ris refertam habent humori bus si velint vina mulsa vel ce tera dulciora pocula iudicare: sic minimi estimandi sunt ho mines: quinpotius contemnē di qui scelerate viuentes obuo luti sordibus peccatorum au dent de his ferre sententiam: qui ad frugem vite melioris emigrant. Contemnant l3 nos atq; irrideant & si libet stultos vocitent ac perviciniam fabu las cantent modo ipsi pie reli giose q; viuamus. Ueniet enim veniet inq̄ illa dies: in qua et nostram maximam sapientiā & illorum extremam dementi am deus ipe: non dicam vnius vrbis populo: sed orbi vniuer so faciet manifestam. Ea enim religio: ad quam nos aspira re videmur q̄q̄ cetere omnes diuino quodam spiritu a viris sanctissimis constitute sint no stris accomodatior institutis esse videtur. Omnes etatem nostram vsq; in hanc diem cō sumpsimus in studijs littera rum: in quibus omnem ope ram curā diligētiā q; posuim⁹

Quãobrem videt̃ cõgruum ma ximeq̃ conueniens: vt ad eam pergamus viam in qua preteritus labor noster ociosus non sit futurus: nec nos peniteat conat⁹ nostri: nec ea que mlto cũ labore didicimus: dediscamus q̃ profecto fieret. Illa que hactenus ex studio veluti flores nobis legimus fructũ aliquẽ sua/uitatis ⁊ dulcedinis pariant si nos ad beatã vitam predicatorum fratrum liberati de seculo transferamus vbi ⁊ nobis pmo ⁊ multis alijs pdesse valebim⁹ quo nihil acceptius summo imperatori deo fieri posse videt̃. Quid enĩ melius officere possumus aũt etiã cogitare q̃ nõ mõ nos solutos vinculis peccatoꝝ diuino cultui dedicare sed alios etiam erroribus liberatos ad iter celeste dirigere. Hmõi vitam ego maioris virtutis ac meriti eẽ arbitror q̃ eam que in heremo ⁊ vasta solitudine ĩ multo labore ⁊ castigatione victu: sine alia scripturaꝝ meditatione transigit̃. Nũ ne melius est post noctium orationes laudesq̃ diuinas: post cõpleta sanctaꝝ virtutũ exercitia: studijs insudare lraꝝ: que a sũmis semper ⁊ sapientissimis viris plata fuere q̃ in deserto sine litteris vitam ducere? Que omnia cum ita sint: non est tñ mirãdũ si pauci sunt sempq̃ fuerint q̃ i vita religiosa versent̃. Ardua quippe eis esse vident̃ ista qui delicati ⁊ melles sensuum oblectamenta sequunt̃ nã in religione obterende oẽs corporis voluptates: relinquende delectationes ludus iocus: cõuiuium: sermo etiam fere oium ppinqꝝ ac familiarium deserendus: q̃ res in hoc genere hoĩes a labore religionis studioq̃ deterrẽt. Mihi aũt non modo videntur hoĩes ad religionis cognitõẽ cecui: veꝝ etiam adeo hebetes ⁊ obtusi: vt neq̃ quã vim habeat scire velle desiderent quã si no sce possent non est apud me dubium qn multo plures ad illã se conferrent q̃ nunc faciant. Sꝫ nescio qui eos teneat error ⁊ miserabilis ignoratio veri vt illam verã vitam sequi nesciãt quã constat oium magistrã eẽ virtutũ. Qd̃ si oblectatio queritur animi requiesq̃ curaꝝ que conferri cuꝫ illa põt que omis expers mundialis sollicitudis presentib⁹ spretis atq̃ calcatis sola futura diuinaq̃ meditat̃? Hec profecto est illa vera phĩa quã regulam cõuenientissime dicere possumus bene beateq̃ viuendi. Confugiamus igitur ad eius gremium: de hoc imẽ/

so pelago mundi huius: vbi tẽ-
pestates ⁊ turbines: ⁊ procelle
imaniũ fluctuũ: vbi ruine sine
gubernatore: sine nautis: sine ve
lo sine remis plurime fiũt. Hec
quidem omnia his qui salutis
sue curam gerunt euidẽtissime
patent. Apud eos sũt qui vin-
culis voluptatis alligati sunt ⁊
obtinet libido captiuos: qbus omnis vita in luxurijs territur
fabule videntur ⁊ inepta: quẽ sum
ma quidẽ auiditate amplectun
tur vmbras stringunt ventos.
Hec enim que eis videntur bona
carnis ⁊ seculi: tanquam vmbra et
ventus ab eis aufugiunt ac la-
buntur. Et ideo ab hac meretrice
fugiendũ est que sic turpiter ho-
mines eludit. Meretricẽ nanque
vt ait beatissimus chrisostomus
ego appello hanc vitam seculi quod
in delitijs ⁊ affluentia delitiarum
ac huius seculi potẽtia ⁊ volupta
te transfigitur. Et non solum me-
retricem inquit eam nomino:
sed turpissimã atque obscenissi-
mam meretricem: cuius facies
feda: ⁊ horrida aspera amara ⁊
crudelis. Et hoc maxime est in
quo sine venia hndi sunt: cũcti
quos decipit: quod cum tam turpis
sit vultus eius ⁊ ferus: tam bar
barus et truculentus: multi tñ
ab ea rapiuntur. Et cum videant
apud eam cruenta omnia peri
culis montibus precipitijs ple
na: cunque stipari eam cernant so
dalibus pessimis contumelijs
dico: opprobrijs dico: liuore in
uidia insidijs criminationibus
⁊ perniciosissimis curis: metu
ingiter: tremore frequenti: ⁊ mille
alijs huiusmodi in sanctis con-
sortibus velut agminum corona
circũdari fructum vero in his
nullum alium nisi vite interitũ
esse ⁊ perniciem: penãque perpe
tuam: expetitur tñ a plurimis
⁊ amabilis habetur atque opta-
bilis. Tãta nanque est eorum qui de-
cipiuntur stoliditas: vt eos ra-
tio nulla: ab hoc intentu reuo-
cet: nec euidentia quidem indesi
nenter pereũtiũ exẽpla deter-
reant. Nũ ne ergo inquit stol-
lidiores istos multo quam paruu-
los iudicem quos puerilis lu-
sus: vbi aut circulus voluitur: aut
turbo verberibus agitur: ac lon
gis porticibus pro curua spatia
rotatur: ita intentos ⁊ inhian-
tes puerilibus animis tenet: vt
auelli inde nullatenus queant
ignorantes penitus per etatis
fragilitatem: nihil vtilitatis i co
ludo nihil perfecti operis ha-
beri? Sed pro illis satisfacit etas
imatura. Isti vero quid habebut
excusationis: qui in etate perfe
cta puerilem imo ⁊ puerili im
becilliorem sententiam tenent?

An videtur vobis o socij hunc virum eloquentissimũ huiusce mundane vite imaginem pinxisse atq3 imũdissime ac impurissime meretricis facie3 reuelasse? Festinemus igitur ab ea diffugere: ⁊ ad sinum religiõis sanctissime ꝓperemus. Nec si mihi creditis differendum putetis: qn si sapitis vna mecum itrare qd non dubito vos esse facturos: si que vobis nunc a me dicta sunt cũ animis vestris diligentissime cogitaveritis.

Cipri. Parat⁹ vt dici solet: venisti optime thoma atq3 vt ego iudico: spiritu q̃dam diuino locutus esse videris: nam ea que abs te nunc et ab vno pectore sunt expressa ita me inflammatu3 reddiderunt ad huius vite cõtẽptũ vt inflãmatio2 eẽ nõ possim vsq3 adeo vt non solum religionis duritiam: que volentibus quidem lenissima est: ve2 etiam parat⁹ sim si opus esset: carceres: vincula: flagella: supplicia. nuditatem: famem: calũnias: irrisiões ⁊ obp2ob2ia sustinere: mõ possim: tandem fallacias vite presentis effugere: q̃ quidẽ vita q̃tidie foueas ⁊ p2ecipitia parat hominib⁹ scopulisq3 eos ⁊ mille naufragijs illidit. Me igit sine o2o atq3 obsecro: ne ad religiosa3 vitã accedas.

Serap. Amo ⁊ ego maxime: que dixisti o thoma. P2eclare quidem ⁊ beate narrasti neq3 vnq̃3: vt verum fatear: quẽpiam acrius atq3 grauius dicentem in hanc fallacem vita3 audiui. Itaq3 sic sum his tuis verbis incensus ⁊ hac o2atione tua p2ouocatus ad. mundi rerumq3 despectum vt felicissimum me sperem futurum q̃3p2imum de eius ceni feto2e ac indignitate sterco2is potuero liberari. Uerum quia iam sera satis ho2a est: ⁊ sol cepit e montibus decedere ac ꝓpinquat occasus: surgendũ est vt intremus in vrbe3: inibi vo si vobis videtur: ad monasterium p2ope remus.

Cipri. Mihi maxie videẽ si ⁊ thome itide3 videat.

Tho. Cur ego differendu3 putem q vos ne differretis sum ho2tat⁹. Igitur ipse p2ecedam nunciaboq3 monasterij p2ib⁹. Uos seq̃mini pedetẽtim ⁊ mũdũ cũ suis illecebris: ꝑpetuo iã valere sinatis vt hẽam⁹ gliam ĩ vitã eternã cũ p2e ⁊ filio ⁊ spũ scõ. Amen

¶ Explicit serapion de ꝯtẽptu mũdi fris baptiste finarieñ. ad frẽm thomã vicariũ gñalẽ Cisalpinum o2dinis p2edicato2

¶ Incipit epl̄a bt̄i Bernardi abbatis ad parentes cuiusdam nouicij dolentes quasi ꝑditū.

